



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

**GRIBNER,  
JURISPRUDENTIA  
NATURALIS.**




SITV

BRUDENELL

THE BUNTE.





LVI. £ 70

36.

34,

417.

~~SECRET~~

20414.

Digitized by Google



212- 37

MICH. HENR. GRIBNERI

IC<sup>T</sup>I

PRINCIPIORVM  
IVRIS  
PRVDENTIAE  
NATVRALIS

*LIBRI IV.*

QVIBVS IVRIS NATVRAE ET GENTIVM  
PVBLICI ET PRIVATI VNIVERSALIS  
*SVMMA CAPITA*  
EXHIBENTVR.

---

*EDITIO QVARTA*

---



VITEMBERGAE ET SERVESTAE

APVD SAM. GODOFR. ZIMMERMANNVM

M DCC XLVIII. 138

Digitized by Google

FID.C





*PRAEFATIO*  
A  
*B. AVCTORIS*  
*EDITIONI III.*  
*PRAEMISSA.*

---



*T*ertium nunc  
prodeunt in  
conspectum tuum, bene-

X 2

*uole*

P R A E F A T I O

---

uole Lector Principio-  
rum Jurisprudentiae  
*Naturalis Libri IV.*  
recogniti, emendati, at-  
que passim etiam aucti.  
**C**onstitueram his addere  
historiam huius Iuris et  
principia Legum diuina-  
rum, quae posituae uni-  
uersales dicuntur ; sed  
non superfuit tantum ab  
aliis

aliis negotiis mihi otii,  
ut exequi hoc institutum  
liceret. Vindicias eorum,  
quae ab aliis uocata sunt  
in dubium , dare nolui,  
qui eam, quam mihi sum-  
si, ab aliis dissentendi, li-  
bertatem , omnibus aequa  
competere facile intelli-  
go , atque inanes de re-  
bus non magni momenti

*PRAEFATIO AD LECTOREM.*

---

contentiones omni tempore uehementer auerfatus sum. Tu, *Lector beneuole*, uale, et conatibus meis faue. Scribam Lipsiae Id. Septembris. Anno  
cccc xxxiii.

CON-

Digitized by Google

---

# CONSPECtVS OPERIS.

---

## PROLEGOMENA.

### CAP. I.

De Iure in Genere. pag. i

### CAP. II.

De Iure Diuino Generatim. 6

### CAP. III.

De Legibus Diuinis Naturalibus,  
sive de Iure Naturali. ii

### CAP. IV.

De Principio, sive Propositione Iu-  
ris Naturalis Fundamentalis. 20

### CAP. V.

De Methodo et Ratione tradendi  
Praecepta Naturalia. 38

*LIBER I.*

**De Iure Naturae in  
Specie.**

---

*CAP. I.*

**De Statu Naturali.** pag. 44

*CAP. II.*

**De Religione Naturali.** 47

*CAP. III.*

**De Officio Hominis erga se ipsum.** 56

*CAP. IV.*

**De Naturali Hominum Aequalita-  
te, et Communione Primaeua.** 61

*CAP. V.*

**De Iure Defensionis et Vindictae  
in Statu Naturali.** 68

*CAP.*

CAP. VI.

De Commodis et Incommodis Sta-  
tus Naturalis ac Origine Pro-  
prietatis et Imperii. pag. 78

CAP. VII.

De Iuris Naturae Praeceptis circa  
Sermonem , Pacta et Iuramen-  
ta. 86

CAP. IIX.

De Societate et Officio Coniuga-  
li. 106

CAP. IX.

De Iure Parentum et Liberorum.  
121

CAP. X.

De Dominio et Seruitute. 134

*C O N S P E C T V S*

---

*C A P . X I .*

De Iure Familiarum et de Socie-  
tatis Minoribus ante Respubli-  
cas. pag. 141

*C A P . X I I .*

De Officiis Hominis erga res ex-  
tra humanam Sortem constitu-  
tas. 145

---

*L I B E R . I I .*

De Iure Publico  
Vniuersali.

---

*C A P . I .*

De Origine Rerum publicarum.  
pag. 151

*C A P . I I .*

De Maiestate. 159

*C A P .*

CAP. III.

De Iuribus Maiestaticis, in primis  
de Iure Leges condendi, iudi-  
candi, puniendi, et dispensan-  
di etc. pag. 166

CAP. IV.

De Dominio Eminente et aliis Ju-  
ribus Maiestaticis. 176

CAP. V.

De Formis Rerum publicarum et  
in primis de Iure Democratiae. 186

CAP. VI.

De Imperio Aristocratico. 193

CAP. VII.

De Iure Regni in primis de Mo-  
narchia Absoluta et de Imperio  
Despotico. 198

CAP.

**C O N S P E C T V S**

---

**C A P . I I X .**

De Regno Limitibus circumscripto et de Legibus Fundamentalibus.      pag. 206

**C A P . I X .**

De Iure Regni Electiui.      213

**C A P . X .**

De Iure Regni Successiui.      217

**C A P . X I .**

De Mixtis & Irregularibus Rebus publicis, Systemate Ciuitatum plurium etc.      227

**C A P . X I I .**

De Officio et Iure Subditorum.      233

**C A P . X I I I .**

De Tyrannide.      238

**LIBER**

*LIBER III.*

**De Iure Gentium.**

---

*CAP. I.*

**De Iure Gentium in Genere.**

pag. 244

*CAP. II.*

**De Statu Naturali Gentium inter  
se.**

248

*CAP. III.*

**De Iure Gentium inter se ratione  
Proprietatis et Finium.**

252

*CAP. IV.*

**De Iure et Officiis Gentium in Sta-  
tu Pacifico absolutis, in primis  
de Iuribus Innoxiae Utilitatis.**

261

*CAP.*

C A P . V.

De Officiis Gentium hypotheticae,  
in primis de Iure Gentium  
circa Foedera et Sponsiones.

pag. 267

C A P . VI.

De Iure Gentium circa Legatos.

280

C A P . VII.

De Controversiis Gentium. 289

C A P . I I X .

De Iure Belli, in primis de iustis  
Bellorum causis, et de belli in-  
dictione.

296

C A P . IX.

De Eo, quod in hostem licet. 302

C A P . X.

De Acquisitione Bellica.

309

C A P .

O P E R I S.

---

CAP. XI.

- De Pactis Bellicis. pag. 315

CAP. XII.

- De His, qui neutras sequuntur  
partes. 319

CAP. XIII.

- De Iure Victoriae. 323

CAP. XIV.

- De Pace. 328
- 

LIBER IV.

De Iure Priuato  
Vniuersali.

---

CAP. I.

- De Jurisprudentia Priuata Vniuer-  
sali eiusdemque Vsi. 334

CAP.

*CONSPECTVS OPERIS.*

---

*CAP. II.*

De Legibus Iustis et Iniustis, Æquis  
et Iniquis atque de Finibus Le-  
gislatoriae Potestatis. pag. 339

*CAP. III.*

De Iure Naturali Conuentio-  
num. 345

*CAP. IV.*

De Damni Dati Reparatione. 360

*CAP. V.*

De Iure Priuato Vniuersali circa  
Dominium. 369

*CAP. VI.*

De Iure Naturali Successionum.  
380

*CAP. VII.*

De Iure Litium. 386

*CAP. IIX.*

De Poenis. 391

PRIN-



# PRINCIPIORVM IURISPRUDENTIAE NATURALIS PROLEGOMENA.

## CAP. I.

### DE IURE IN GENERE.

I*us* est superioris uoluntas inferiores, ex quo rite iis declarata est, ad obsequium obligans.

1. De Etymo iuris, uariisque huius uocis significationibus, passim otiosae occurunt disputationes (*a*); hoc loco ius pro *lege* accipimus, aut, si mauis, pro complexu legum.

2. Superiorē dicimus, non qui *uiribus* pollet cum *Hobbesio* (*b*), neque innocentem

A quem-

(*a*) *u. Grot. I. 1. §. 3. seqq. ibique Comin.*

(*b*) *Hobb. de Ciu. c. 9. §. 2.*

(GRIBN. I. N.)

quemuis cum *Grotio* (*c*) ; sed eum, qui legitimum in alterum imperium est consecutus ; ex quo, quis inferior nobis dicatur, perinde appetat. Sine superiore, nec lex, nec obligatio, concipi potest (*d*).

3. *Voluntatis* claro, et perspicuo vocabulo uti satius est, quam obscurioribus, *normae*, regulae etc. quibus alii utuntur.

4. Quid *obligatio* sit, et in quo uis eius consistat, non satis expeditum est, et quae uulgo eam in rem afferuntur, argumento huic non sufficiunt. *Icti*, dum *iuris viaculum* obligationem dicunt, obscurum terminum per vocabula aequae obscura parum illustrant. Nouissime *Thomasius* obligationem in metu consistere tradit (*e*) : sed metus potest esse sine obligatione, potest etiam obligatio esse sine metu; saltem non aliud hic, quam legitimae potentiae metus locum habere potest.

### *Dictum de Obligatione interna et externa.*

5. Differt autem lex a consilio et iussu: nam *consilium* superiore non requirit, neque eum, cui datur, obstringit. *Iussus* est domini aut patris, lex imperantis; quemuis si legem etiam iussum appellare uelis, laxior rem

(c) Grot. l. 2. c. 20. §. 3, n. 1. 2. et §. 9. n. 2. seq.

(d) dissentit Huber. de *Iure Civile*. l. 1. Sect. 1. c. 1. §. 2. seqq.

(e) *Fundament. Iur. Nat. et G. L.* l. c. 4. §. 61. seq. add.

Beyer. c. V. §. 33.

rem significationem uoci huic tribuere nihil impedit.

6. Legem non obligare, nisi ex quo rite promulgata est, §. sequente monebimus. Ceterum qui hanc definitionem cum aliorum descriptionibus conferre cupit, adeat Grot. l. i. c. i. §. 9. Thomas. Iur. Diu. l. i. c. t. §. 28. Huber. d. Iur. Ciui. l. i. Sect. i. c. i. §. 1. (f)

## II.

*Lex non obligat, nisi quibus, et ex quo ea lata est; quam ne negligant, quibus promulgata est, sanctio penal is efficit, quae omni legi tacite inest, licet non sit adiecta.*

1. Frustra ergo de legis abrogatione quaeritur, quod ad illos, quibus ea non fuit promulgata. Ita leges diuinae forenses nos non obstringunt, non tam quia abrogatae, quam quia nobis non fuerunt latae.

*Dictum de abusu Brocardici: quicquid non abrogatum est, stare non prohibetur: quodex L. 27. C. de Testam. Icti elicium.*

2. Leges ante promulgationem non obligant, post promulgationem statim ualent, scil. ex quo in notitiam ciuibus venire potuerunt. Quare Legislatores tempus defini-

A 2

nire

(f) add. Hobb. c. i. §. 7. Arist. Eth. l. X. c. 5.

nire solent; quo clapsu uim habere debent nouae constitutiones.

*An et diuinæ naturales, exposituæ universales demum, ex quo tempore innoscunt, uim obligandi habeant?*

3. Non usus non tollit legem, imo nec usus contrarius, consuetudo, aut obseruantia, nisi (1) in Rebus Publ. Democraticis, (2) si legislator consuetudini eam uim largiatur. Secus ergo est, si contraria consuetudo improbata sit.

*Dictum de iure non scripto, de obseruantiis et interpretatione usuali (g).*

4. Poenam expressam et definitam singulis legibus adiici non est necesse, modo metus poenae immorigeris iniiciatur. Nam ad casus etiam praeteritos extendi potest poena, quamvis non facile capitalis.

*Dictum de poena Legis naturalis.*

### III.

*Qui legibus obsequitur iustus, obsequium legum iustitia, et actio legibus conueniens iusta dicitur.*

1. Iustum ergo differt (1) a licito, quod permisum, aut impunè est (b), non prohibitum,

(a) conf. diff. de obseruantis Collegiorum Iurid. et diff. de præiudicio Principum ex abus. Iuris Iustin. c. 3. §. 2.

(b) liciti plures sunt gradus, uid. Stryk. de Iure liciti et non boneti. Beycr. ad Inst. sis. d. Iustis. os Iur. pos. 25. sqq.

tum, nec praeceptum: unde ius, quod permissionem uocant, improprietatum ius dicitur: (2) a *decoro et honesto*. Nam ad honestatem pertinent, quae uirtutis sunt, non quae officii; decorum, quod moribus conuenit, uocatur (1).

2. *Definitiones vulgares iustitiae eiusque divisiones* in universalem, et particularem, commutatiuam et distributiua non satis accuratae sunt; et multis difficultatibus laborant, usum praestant exiguum. Neque *Grotiana diuisione* la expleticem, et attributricem difficultates illas tollit (k), et quae de proportionibus uulgo traduntur, ad *aequalitatem* pertinent, in qua consistere iustitiam uulgo perperam praestruunt (l).

## IV.

*Leges sunt uel diuinæ, uel humanae.*

1. Iustitia ergo quoque alia diuina, aut, si maius, *interna*, alia humana, siue ciuilis, *externa*. Secundum hanc non omnibus eadem sunt iusta, et iniusta.
2. Legum diuinorum divisiones sequuntur cap. II. *humanum ius uarium est pro ratio-*

A 3

ne

(i) *conf tamen Thomas. Fundam. Iur. Nat. et Gent. l. I. c. 5. et 6.*

(k) *Grot. l. I. c. I. §. 8. Kulpis Ex. I. §. 3. ad d. o. I. p. 34.*

(l) *uid. Hobbes. de Cive c. 3. §. 6. adde Cocceii, Reyheri et Kestneri Diff. de Proportionibus et iustitia proportionata.*

ne Rerum publ. *Male* uulgo id diuiditur in  
Ius Gentium, et Ius Ciuale (*m*).

(*m*) *vid. infra l. III. c. 1. §. 2. conf. Huber. d. Iur. Civ. l. I. Sect. I. c. 1. §. 8.*

## CAP. II.

DE

# IVRE DIVINO GENERATIM.

## I.

**D**Eum esse generis humani *legislatorem* summum, legesque nobis praescribere posse, ex eo, quod superior ipse est, nos ipsius potestati subiecti, satis apparet.

i. De ortu imperii in nos diuini Diss. pecul. ex instituto egit *Alberti* Iun. ex sola potentia id deducendum esse contendit *Hobbes*. (*a*) alii ex sapientia, et eminentia diuina (*b*). Nos iis accedimus, qui ex creationis et conseruationis beneficio id colligi posse docent (*c*).

## II.

Voluisse autem ipsum potestatem  
hanc exercere, si ex reuelatione non  
con-

(*a*) *Hobbes. o. XV. §. 5. quem sequitur Ketwigius.*

(*b*) *u. Witfii Oeconom. foeder. c. 1. n. 14.*

(*c*) *conf. Budd. c. 5. §. 3. Huber. P. 2. Digress. l. I. c. 6. in fin. et de iur. Civ. L. I. c. 2. §. 25. sqq.*

constaret, uel ipsa hominum natura satis ostenderet.

1. Ea enim humani generis natura est, ut sine legibus subsistere nequeamus. Subsistere autem possumus, si leges diuinas, et rationem sequamur, quam et ipsam esse Dei legem Cap. III. demonstrabimus.

### III.

Dei igitur *voluntas* ius nostrum est, et praecepta diuina nos tanquam leges obligant.

1. Tanquam *leges*, inquam (d). Neque enim placet eorum sententia, qui leges diuinas tantum *consilii* instar se habere contendunt cum Poiret (e), quem sequitur Thomasius Obs. Hall. Tom. VI. Obs. 27. et Fundament. l. 1. c. 5. §. 34. (f) Neque enim omnes poenae diuinae delictorum effectus sunt, ut ex ipsis sua natura oriantur, sed dantur etiam poenae diuinae *arbitrariae*.

*Dictum de poena primorum parentum,  
Rerum publ. et iis, quae legibus diuinis  
forensibus sunt constitutae.*

### A 4.

### IV.

(d) Constatmen Huber. digr. l. 1. c. 6. inf. et d. Iur. Civ. L. 1. §. 1. c. 2. §. 23.

(e) Oecon. diu. p. 3. c. 13. §. 16. et tractat. de Deo, anim. et mal. l. 3. c. 11. §. 13.

(f) Qui ipse contra Poireti, ante disparauerat diff. quae libro Poireti de erudit. solida, superfic. et falsa prouissa est.

*Vulgo legem Dei constituunt triplicem; moralem, ceremonialem, et forensem.*

1. Sed haec diuisio obscuritate laborat, nec omnes species legum diuinorum exhaustit, atque complectitur. Nam, si per ius *mora*le intelligant omne id, quod uniuersale est, tam naturale, quam positivum, termino obscuro utuntur in re, quae clarius exprimi poterat. Sin morale dicant, quod ex ratione cognoscitur, diuisio non erit adaequata.
2. *Haberus* (g) ius diuinum diuidit in Christianum et Mosaicum; Mosaicum in ceremoniale, et morale: Morale in Ethicum et Politicum. Verum haec quoque diuisio inadaequata est, cum leges ante Mosem latas non comprehendat. De Iure, quod Christianum uocat, §. seq. 6. uidebimus.
3. Alii ius morale diuidunt in *mora*le *naturale*, et *mora*le *positivum*. Sed terminus iuris moralis possit contradictionem fere involuit: conf. *Kulpis ad Grotium* p. 57. uid. tamen §. sq. V. n. 2.

## V.

Rectius leges diuinis diuidunt alii in *uniuersales*, et *particulares*, quarum illae omnes homines obligant, hae

(g) de *Iur. Ciuit. lib. I. S. I. c. 5. et ad Inst. tit. de I. et I.*

hae ad certam gentem pertinent,  
aut nonnisi ad paucos uel plane  
etiam unum.

1. Neque obstat, quod Deus sit legislator  
uniuersalis, cum in arbitrio eius sit, utrum  
omnes, an quosdam tantum, obligare  
uelit, adeoque hic non de potestate, sed  
de uoluntate Dei quaeratur.
2. *Vniuersales leges* in naturales et positivas  
diuiduntur. Naturales, si reuelatio eis ac-  
cedat, morales dici possunt. Positivas  
uniuersales diri certum est, licet criterium  
earum non satis expeditum sit (b).
3. Particulares sunt uel *civiles*, uel *ecclesiasticae*. Ciuiles siue Potestates nos non obstrin-  
gunt (i), usum tamen praestant, si cum le-  
gisbus humanis conseruantur (ii). *Ceremo-  
niales* siue Ecclesiasticae aliae *typicae* sunt,  
aliae *in specie tales*; illae in primis ne ob-  
seruari quidem possunt, saltim quarenus  
sunt typicae.
4. Dantur etiam *Constitutio[n]es* Diuinae singu-  
lares, personales, quas *priuilegia* possis ap-  
pellare, et ad exemplum trahere non licet.

A 5

VI.

(b) vid. Weherum de *legibus diuinis*. *sqvia. posse. diffentia*  
Thomasi in *fundamentis iur.* N. et G. et Buddeus in *Hi-  
storia Iur.* Nat. quoniam opusc. I. N. et G. praemisit.

(i) *diffentia quodammodo* Huber. de *iure Ciuit.* I. I. S. I.  
c. 5. §. 19. Bodinus de *obligat. for. Iur. Diu.* addo  
Mencken. *Convers.* I. N. et G. *Disp. I.* tb. 3. et Kulpis  
*Colleg. Grot.* I. I. c. I. §. 10.

(ii) conf. Zentgrau. *Disp. de legum Mosaicar. usu polit.*

## VI.

**Porro leges Dei aliae sunt perpetuae, aliae temporales.**

1. Licet Deus sit immutabilis, leges tamen diuinæ ab ipso libere mutari possunt.
2. Non omnis lex uniuersalis est perpetua, nec omnis temporalis particularis. Omnis perpetua uniuersalis est, omnis particularis temporalis.

*Dictum de Sacrificiis, de Sabbatho, de Esu sanguinis, et de Incestu.*

3. Temporariae uel respectu initii tales sunt, uel respectu durationis, uel respectu initii et durationis simul.

*Dictum de Grotiana diuisione legum diuinarum in antediluvianas, postdiluvianas et leges N.T. (k)*

Leges N. T. alii prorsus reiiciunt, alii admittunt (l), et in perpetuas et temporales diuidunt. Nouissime Weberus (m) Christum legislatorem dici posse contendit, cui eam ob causam lis mota est ab aliis, quae

(k) Grot. L. 1. c. 1. §. 6. et L. 2. c. 1. §. 13.

(l) cum Grotio L. 1. c. 1. §. 17. Hubero d. iur. Civit. I. 1. c. 5. Schiltoro Inst. Iur. Can. I. 1. tit. 2. §. 1. et Philos. Mor. c. 9. §. 25. Bodino d. oblig. for. Iur. lib. I. 3. aliiisque.

(m) Specim. annotat. ad Pufendorf. Prolegom. §. 4. et declarat. anterior. d. Christo noua legist.

quae nescio annon ad Logomachias referri possit, cum ipse alio sensu legislatoris uoce, atque illi, qui dissentiantur, uti uideatur.

Dictum de *sensu iuridico* uocis huius.

## VII.

Denique Ius diuinum aliud *Positiuum* est, aliud *Naturale*.

i. Positiuum alii uocant reuelatum, alii etiam *uoluntarium* (*n*), qua appellatione tamen satius est non uti. Nam et Naturale ius ad uoluntatem Dei referri debet, et positius legibus aequae suae possunt constare causae, licet nobis illae non satis cognitae (*o*).

## CAP. III.

### DE LEGIBVS DIVINIS NATVRALIBVS SIVE DE IVRE NATVRAE.

#### I.

**I**Vs ergo diuinum, quod per *ratiō-*  
*nem* nobis citra reuelationem in-  
notescit, *Naturale* aut *Naturae* et  
*Gentium* Ius appellamus.

i. Mi-

(n) Kulpis *Ex. I. ad l. I. c. I. §. 7. p. m.* 16.

(o) *Conf. Bodin. d. Oblig. for. Iur. diu. tb. 2. et 18.*

1. Minus recte ab aliis ius *belli et pacis*, ius *uniuersale*, aut ius *diuinum* vocatur. Nam ius belli et pacis perinde ac ius Gentium partem iuris Nat. constituit: nec omne ius uniuersale aut diuinum naturale est.
2. Aristotelis, Iustiniani et iuris Canonici descriptiones oppido inepta sunt (*a*): nec deest, quod in Grotii (*b*), Hornii (*c*), et aliorum definitionibus desiderari possit (*d*).
3. Inter ius *Naturae*, et *Naturale* differentiam constituunt Bodinus *d.* Iure Mund. §. 7. Nos utraque appellatione eandem rem designamus. *j. Guil. Grot. Encbir. c. 1. §. 6.*

## II.

Dixi ius *diuinum*. Nam uti lex sine legislatore, ita ius *Naturae* sine Deo, concipi nequit.

1. Lex enim sine obligatione, obligatio sine legislatore esse non potest.
2. Itaque frustra Grotius (*e*) censuit demonstrarri posse ius naturae, etiamsi singamus, non

(*a*) uid. Arist. Eth. V. 7. pr. Inst. d. I. N. G. et C. com. I. diff. I. Aristotelem tamen sequitur Eisenhard. C. 3. §. 5.

(*b*) Grot. I. I. c. I. §. 10. quam frustra Boecler. p. 153. Graswinck. p. 63. Kulpis p. 15. tuentur, et rebus reuiciunt Felden et Osiand. ad d. I. Bodin. d. Iur. mund. §. 2.

(*c*) Hörn. d. subi. I. Nat. c. I. §. 16. seq.

(*d*) uid. Osiand. Typ. Leg. nat. §. 42. Rachel. d. I. N. §. 33. seq. Hub. digr. I. I. c. 5. Thomas. L. I. c. 2. §. 97.

(*e*) uid. Grot. L. I. c. I. §. 10. Add. tamen eund. Prolegom. §. II.

non esse DEVUM (f). quamvis Mullerus ad *Guil. Grotium* p. 41. et p. 97. Henniges p. 100. et *Hornius* parum absint ab eodem errore, adde *Menzium de Obligat. Leg. natural.*

## III.

Ergo nec intelligi potest *moralitas*, quae *DEI voluntatem antecedat*, nechoc sensu dantur actus *per se iusti et iniusti*, cum iustum et iniustum semper relationem ad legem et legislatorem inuoluant.

1. *Pio proposito excogitata forte fuit, sed solidis tamen rationibus destituitur, sententia de moralitate antecedenter se habente ad voluntatem diuinam.* Vnde merito reiicitur a *Pufendorfio, Kulpis, Thomas.* (g) licet *Eisenhardi, Zentgratius, Bittigius* nouissime eam tueantur (h).

2. Neque enim de eo quaeritur, an Deus potuerit aliter uelle, (quae otiosa forte est disputatio,) sed an absque Dei voluntate

uim

(f) *Consens. Ziegel ad Gros. p. 7. Kulpis p. 8. §. 3. lit. f.*

(g) *Pufendorf. d. I. N. et G. l. I. c. 2. §. 6. c. 4. §. 6. l. 2. c. 3. §. 4. Kulpis p. 16. ib. 6. lit. 5. Thomas. Iurispr. diu. l. I. c. 2. §. 82. seqq. Wernher. c. 4. §. 11. Beyer. c. 9. §. 26. seqq.*

(h) *a. Bittig. Tr. de origine moralitatis. Eisenh. c. 3. §. 21. Zentgr. Vindic. adu. Pufend. Muller. ad *Guil. Grot.* p. 28. ss. 46. add. Thomas. fundam. l. I. c. 5. §. 52.*

uim iuris habere possit lex naturae et rationis.

3. Itaque actiones *per se* iustae et iniustae dici nequeunt in relatione ad Deum; dici possunt in relatione ad leges humanas et iustitiam externam.

#### IV.

Quoniam uero hoc ius per rationem nobis manifestatur, apparet, illos eo non teneri, qui rationis usu non fruuntur: *infantes, furiosos, mente captos* etc.

1. Loquimur hic de obligatione, quatenus ratio humana eam absque reuelatione allegitur, adeoque facile largimur, furiosos etiam, et mente captos ab omni obligacionis uinculo eximi non posse, si a primo primorum Parentum peccato, quod originis dicunt, res repetatur.
2. Impropie *innatum, inscriptum*, hoc Ius dicitur, quatenus ratio nimirum nobis indica est, quae, postquam se exerit, cognoscendis Naturae legibus omnino sufficit. Nam, qui actu hominibus propositiones I. N. connasci contendunt, ipsa experientia satis refelluntur (i).
3. *Principia prima Iuris Nat. plana et perspicua* sunt iis, qui ratione uti norunt. *Conclusio-*

(i) uid. Cumberland. *Prol. §. 5. seqq. Pufend. d. off. l. 1. c. 3. §. 12. Beyer. c. 9. §. 31.*

*clusiones* maiorem interdum iudicij uim requirunt. Ita *Pafendorf.* (k) et *Huberus* (l) conciliari posse uidentur.

## V.

Apparet etiam, inutilem esse eorum sollicitudinem, qui disquirunt, an Ius Naturale cadat in animalia *bruta*? Cum enim naturam brutorum, quoad motus eorum interiores, nemini liceat perscrutari, frustanea est omnis circa hanc quaestionem disputatio.

1. Bruta ratione uti plerique negant, *Plato*, olim, *Pythagoras*, *Plutarchus*, *Democritus*, et post hos ac plures alios, *Valla*, *Lipsius*, *Helmontius*, *Rorarius* aliisque asseuerarunt. Rectius *Philosophus* ignorantiam innoxiam hoc in argumento profitetur.
2. Neque uero usum habet haec, et quae ex illa fluit, controversia: *an ius nat. cadat in bruta?* quam ex iis, quae ratio suppeditat argumentis, nec negari nec affirmari posse puto (m).

2. *Kul-*(k) *d. I. N. et G. L. 2. c. 3. §. 13.*(l) *d. Iur. Civiz. L. 1. Sect. I. c. 2. §. 16. add. cond. Digr. p. 2. l. 1. c. 1.*(m) *Aff. Bodin. d. Iur. mand. §. 3. et quos citat Kulpis Ex. I. ad l. I. c. 1. §. 8. lit. z. et a. add. Textor. c. 2. n. 14. Huber, digr. p. 1. l. 1. c. 12. negant commun. uid. Horn. & fabi. Iur. Natur. add. Korite de iure, quod *Natura omnia animalia docuit.**

3. *Kulpisius*, *Collegio Grossian.* p. 17. tradit: *bruta iuste naturali regi*, non secundum ius naturae agere. Sed haec quoque et obscurissima sunt, ex incertissima.

4. *Iustinianus*, qui ius Naturae omnibus animalibus tribuit, improprie hac uoce usus est, atque actiones, quae brutis citra controuersiam nobiscum communes sunt, ad ius Naturale retulit. Quem imitatus est, ac superauit etiam, *Guilelm. Grot.* qui ius Naturae tribuit omni enī (n).

## VI.

Quamvis autem Iuris Naturalis praecepta diuina auctoritate nisi ex S. Scriptura (\*) fatis pateat; remoto tamen sacrarum literarum testimonio etiam intelligitur, rationis dictamen legis diuinae vim habere; adeoque iuris naturalis existentia et obligatio demonstrari poterat, licet confirmatio ei per reuelationem non accessisset.

(\*) uid. Rom. I. 19. c. II. 14. seq.

i. Non defuerunt, imo nec defunt, qui existentiam iuris naturalis uocarint in dubium.

(n) C. 2. §. 12. p. 86. ibique Muller. add. Wincler. d. princip. Iur. L. I. c. 4. 5. 6.

bium. *Carnioladem* (o) tamen et *Pythagoram* (p) frustra puto in hunc numerum referri. Nam hunc satis *Scharrockius d. Offic.* p. 83. et *Omeisius*, illum iam olim *Cicero et Minucius Felix* defenderunt.

2. Qui negat Deum, negat etiam legem naturae, aut uim saltim legis ei adimit; non contra, qui iūs naturae in dubium uocat, pro atheo statim haberi potest.
3. Perperam *Hobbesius* negat (q), leges naturales uim legis habuisse, antequam reuelatio eis accessisset. Cui abunde *Cumberlandus* aliique satisfecerunt (r).
4. Nimirum ratio nobis a Deo data est, ut ea utamur, itaque ratio lex Dei est, quod ipsa ratio nos satis docet.

## VII.

Leges diuinæ alias perpetuæ, alias temporariæ, alias uniuersales esse, particulareæ alias C. 2. §. 5. & 6. di-

B

Etum

(o) quæm uulgo buc referunt, uid. Kulpis *Ex. I. lib. 3. p. 8.*  
lit. e. Hebenstreit de I. N. §. 8.

(p) hunc negasse LL. naturales off. Vallens. *ad Decret.*  
*Proem.* §. 3.

(q) d. Civ. C. 3. §. 33. C. 15. §. 3. et in *Leviathan.* c. 26.

(r) Cumberland. c. 1. §. 11. c. 5. §. 1. Pufendorff. L. 2. c. 3.

§. 20. Beumannus *Parall. Pol.* c. 2. §. 7.

Etum fuit. *Ius naturae et perpetuum est et uniuersale.*

1. Quamuis enim differant affectus et inclinationes hominum, uis iudicii et intellectus non sit eadem in omnibus, principia tamen iuris Nat. omnibus sunt communia, omnibus perspicua, in quibus usus rationis se exerit.
2. Non igitur circa res maximam partem perpetuas Ius Nat. uersatur, quae *Kulpisii sententia est Exerc. 1. ad Proleg. th. 1.* sed circa omnino perpetuas. *uid. tamen §. seq.*

## VIII.

Ergo et *immutabile*, certe respettu hominum, ut nulli legislatori ab eo recedere liceat; nam quod ad Deum attinet, ei *dispensandi arbitrium* non omnes audent denegare.

1. Mutatur lex per *abrogationem* et *derogationem*. abrogari dicitur, si penitus tollatur: derogari, si ex parte immutetur; si huic vel alteri aliquid contra legem concedatur, *dispensatio uocatur*.
2. Ius Naturale, cum ius diuinum sit, perinde, ut reliquae leges Dei uniuersales, immutabile est, ut nec *abrogationi*, nec *deroga-*

derogationi, nec dispensationi legislatoris  
*humani*, locus esse possit.

5. Lex, quae iuri naturali repugnat, iniusta est, et uim nullam habet, quales dari perperam negat Hobbes. C. 6. §. 9. c. 14. §. 9. conf. L. IV. C. 2. §. 1.
4. Cae tamē confundas statum et *Ius naturale*, *aequitatem* et *legem naturalem*, ea, quae contrā, et quae praeter *Ius Nat.* sunt, *Ius naturae hypotheticum* et *absolutum*. De quibus singulis ex instituto infra L. IV. cap. 2.
5. Ita uero intelliges, posse in Republ. prohiberi, quod naturaliter licitum erat, et permitti, quod prohibitum videbarur. add. L. IV. c. II. §. 3. sqq.
6. *Ius Naturale* etiam *respectu Dei* immutabile esse plerique contendunt, ut ne dispensationi quidem locum relinquant (s). contra Bodinus (t) eam admittit, Huberus et Beermannus (u) iudicium suspendunt.

B 2

7. Di-

(s) Grot. I. I. c. I. §. 10. et 15. Rachel. tb. 53. Alberti c. I. §. 88. Meu. *Insp.* I. n. 38. Kulpis p. 16. tb. 7. nr. X. Y. etiam Beyer. c. 9. §. 34. seqq.

(t) *Diss. de iur. mund.* §. 2. et *de reservat. divin. maiest.* c. I. §. 3.

(u) Huber. *Digress. P. 2. L. I. c. 7. n. 6.* Beermann. in *Parallel. Poth.* c. 2. §. 10. add. Pufend. L. 2. c. 3. §. 4. et Vitriar. ad Grot. L. I. c. I. §. 18. qu. 34. seqq.

7. Diuersae quaestiones sunt, an abrogari a Deo ius nat. possit? an derogationi, an dispensationi locus sit? De hac potissimum est controversia; neque tam, an hodie dispensatio locum habeat (*x*), quam, an olim haberit, disceptatur. Quod qui negant, fatentur tamen, actum, alias Iure N. illicitum, si diuina auctoritate suscipiatur, legis prohibitione non contineri (*y*).

*Dictum de Parricidio Abrahamo imperato Gen. XXII. 2. de rebus Egyptiorum a Iudeis ablatis Ex. XI. 12. de occisione infantum in bellis Iudaicis. etc.*

## CAP. IV.

### DE PRINCIPIO SEV PROPOSITIONE IVRIS NATURALIS FUNDAMENTALI.

#### I.

Cum proximo seculo Jurisprudentiam Naturalem in ordinem redi-

(*x*) Neque enim liberabis bodie bomicidam a pena ordinaria allegatio dispensationis aut mandati domini, nisi forte ob mentis imbecillitatem supplicio subducatur.

(*y*) Hoc ueroq; admisso uiderint alii, an non de noce tantum lis sic inter dissentientes.

redigere, atque ab incertitudine et confusione liberare certatim contendenter uiri Celeberrimi, in eo plerorumque occupata fuit industria, ut certum *principium ac propositionem fundamentalem* huic disciplinae constituerent, ex qua sine ulla difficultate, et fere citra omnem industriam, quilibet statim de quibuscumque quaestionibus posset ferre iudicium.

1. Qui ante *Grotium* Ius Naturale explicare conati sunt, de genuino eius fundamento parum solliciti, aliena principia naturalibus saepius miscebant. Post *Grotium*, a quo seculum ueluti Iur. Nat. et Gentium coepit, certatim nova principia excogitarunt interpres Iurisprudentiae Naturalis.
2. *Principium essendi Iur. Nat.* Dei uoluntas est, *cognoscendi ratio*; sed alio principio opus esse plerique crediderunt, idque tanto studio hucusque quaesuerunt plures, bono consilio, sed irrito conatu.
3. Nimirum tale quaerunt principium, ex quo omnes controversiae Iur. Nat. sine difficultate decidi et expediri possint, idque principium, fundamentum et lex fundamentalis Iur. Nat. appellatur.

## II.

Id facile appareat, propositionem fundamentalem, quae iusti principii Iuris Naturalis, quale desiderant Dd. mensuram adimplere debeat, ita oportere esse comparatam, ut *unica* sit, eademque *uniuersalis*, *adaequata*, *domestica*, et *perspicua*.

1. Addunt aliqui principium esse debere *uerum* (*a*); sed, si cetera requisita adsint, hoc quoque inde per se consequetur. Quod si τὸ *uerum fictioni* opponatur, facile derim, figmentum non esse posse Iur. N. fundamentum.
2. *Kulpisius* autem omnino fallitur, qui plura eademque diuersa principia simul genuina esse posse censet (*b*).
3. *Vniuersale* dicimus, quod omnes partes et quaestiones Iur. Nat. complectitur: *adaequatum*, quod etiam eas solas; *domesticum* uero, quod ex ratione intelligi, et cuius ueritas cuiuis demonstrari potest.

## III.

(*a*) vid. Ryssel c. IV. §. 2. Thomas fundam. l. 1. c. 6. n. 4.

(*b*) Exercit. I. ib. 5.

## III.

Huiusmodi ergo principium iuris naturalis periti hactenus sedulo indagarunt, ac inuenisse se crediderunt haud pauci. Sed qui singulas, quas afferunt, propositiones examinauerit, haud difficulter comprehendet, eos omnem fere hactenus operam perdidisse.

1. Notae sunt, *Pufendorffii* cum aduersariis de huiusmodi principio contentiones (c). Eum ergo, cum aduersariorum principia destrueret, uictoriam obtinuisse, in afferendo proprio principio non aequem felicem fuisse, dixerim.
2. Nulli, quod quidem hucusque allatum fuit, principio, singula, quae §. 2. recensuimus, requisita tribui posse, ex sequentibus apparebit.

## IV.

Ac nonnullis ne in animo quidem fuisse propositionem, quam

B 4

com-

(c) vid. Pufendorff. *Spectim. et Spicileg. Controu. add. eund. L. 2. c. 3.*

commendabant, pro iuris naturae genuino et uniuersali principio uenditare, firmiter sum persuasus, quos eruditionis ostentandae aut ingenii exercendi causa, iuris naturalis praecepta certo ordine proposuisse, credibile est, non quod alia ratione id fieri posse negarent, sed ne uiam aliis iam tritam calcarent. Huc *Seldenum* refero, referrem etiam *Valent. Alberti*, nisi hic serio causam suam agere uoluisset uideri.

1. *Multa principia Iur. Nat. a Dd. singuntur, ut habeant, quod refutare possint (d). Seldenus* certe de principio peculiari Iur. Nat. non cogitasse uidetur, cum *Ius Nat. et Gentium iuxta disciplinam Hebraeorum* traduceret, et ad septem illa praecepta Noachidarum reuocaret.
2. Agit autem ex his praeceptis (1) de cultu externo, (2) de maledictione nominis diuini; (3) de homicidio, (4) de turpitudine ex concubitu, (5) de furtis et rapienis, (6) de iudicio, (7) de animalis uiuentis

(d) vid. Pufendorff. Spec. Controu. c. IV. Kulpis p. 9.  
ib. 5. lls. h. ibique citat.

vis membro non comedendo. Quibus alii addunt (8) de Sabbatho, (9) de parentibus colendis, uid. *Guilelm. Grot. c. 5. §. 10. Add. H. Grot. l. 2. c. 5. §. 13.* ubi huc quoque refert legem de *Eſu ſanguinis*; ſed haec ad praeceptum 7. pertinere uidetur.

3. Id palam eſt, hoc principium pro genuino haberi non poſſe, nam nec unum eſt, nec uniuerſale, nec domesticum, nec adaequatum.
4. Imo ipſa horum praeceptorum incerta origo eſt, neque aut ab Adamo, aut ab Noacho repeti poſteſt, quamuis nouiſime aliter *Buddeo* uifum fuerit in *Hiftoria Hebracor. p. 14.*
5. *Alberti Ius naturale ad imaginem status Paradifiaci reuocandum* eſſe contendebat, cuius Principium *Lanius Diff. de Princip. I. N. Pascb. Nou. ant. c. 4. §. 11.* aliique amplectuntur, reiiciunt contra *Pufendorff. Thomasius* et post hos plures (e): manifestum eſt, nec adaequatum, nec domesticum, nec euidentis hoc principium eſſe.
6. Ceterum inter *Muelenium* et *Musaeum* controuersia de *Iur. Natur. Paradifiaco* intercessit, de qua *Thomasius Iprudent. Diu. p. 70. et Beyerus specim. i. Notit. Auct. Iurid.*

(e) *Ryſſel. Pritii Diff. d. princip. Iur. Nat. §. 11.* aliique.

p. 23. uidéri possunt. Id certum est, Ius Paradisiacum a Iure nostro naturali omni modo differre.

## V.

Veteres *Philosophi* non tam de Iuris Naturalis proprio, quam de communi Philosophiae Moralis principio cogitasse uidentur: Nec tamen qui inter eos omnem honestatem ex utilitate aestimarunt, rem acu, quod aiunt, tetigisse censendi sunt.

1. Epicuro haec sententia tribuitur (*f*), et ab aliis Carneadi uid. Grot. in proleg. §. 5.
2. Admitti possunt propositiones, *nihil esse honestum, quod non sit utile; sola bona, quae honesta*. Sed ex illis principium cognoscendi Iur. Nat. constitui nequit, quia uox *utilitatis* hoc sensu accepta non magis clara est, quam ipsa notio *honestatis*; Itaque hoc principium *obscurum* est, *non uniuersale*, et, quia ad uniuersam Philosophiam Moralem pertinet, etiam *non adaequatum* (*g*).

## VI. Hob-

(*f*) uid. Cic. I. 3. d. offic. et ad Fam. I. VII. Ep. 12. Pufendorff. d. Iur. N. & G. L. 2. c. 3. §. 10.

(*g*) conf. Rechenberg. Instit. Iur. Nat. L. I. Tit. 6. §. 2. 3.

## VI.

*Hobbesii* principium plerique reiiciunt, licet diuersis modis eius sententiam exprimant. Forsan ipse magis de origine societatis et ciuitatis, quam de principio, quale hic quaerimus, Iur. Naturalis fuit solicitus.

i. *Hobbesii* principium alii dicunt esse potentiam, uid. c. i. et 9. de Ciu. aut bellum omnium aduersus omnes, alii conseruationem sui ipsius, seu studium propriae salutis (b). Prius plane ineptum est, posterius nec adaequatum, nec uniuersale. Ego *Hobbesium*, nec hoc, nec illud pro unico Iur. nat. principio habuisse, puto. Alii principium eius fuisse uolunt statum naturalem (i), alii monitum Seruatoris: quod tibi non uis fieri, &c. (k) In quibus resellendis non commorabimur, cum probabile sit, de unico aliquo principio, quale Dd. quaerunt, *Hobbesium* haud sollicitum fuisse. Ceterum de defensoribus Philosophiae Hobbesianae,

(b) uid. Kupis Exercit. I. tb. 5. lit. m. add. Hobbes. c. i. §. 7. Eiusd. Leviath. c. 14. sqq.

(i) uid. Lani Diff. d. princ. Iur. Nat. §. 18 add. Gundling. de statu naturali Hobbesi.

(k) Schneider. d. finib. Iprud. Nat. c. i. §. 3. c. 2. §. 8. add. Pasch. Nou. Ant. c. 4. §. 8. sqq. Proelci Disp. d. Origin. Princip. Iur. Nat. Scib. I. §. 17.

*nae, Scargilio, Velthuyfio, Ketwigio, Be-  
manno, Pufendorffio, et aduersariorum,  
quos nactus est multitudine, agitur in  
Histor. Iur. Nat. add. Vitam Hobbesii.*

## VII.

Iurisprudentiam ciuilem infelici-  
ter ad excolendam iurispr. natura-  
lem attulerunt, qui aut *aëtus*, qui  
*brutis cum hominibus communes*  
sunt, aut *tria praecepta*, quae *Im-  
perator s. 3. I. d. I. et I.* comme-  
morat, loco positionis fundamen-  
talis constituerunt.

1. De abusu Iur. Roman. in Iprudent. na-  
turali alibi agemus. *Aëtus*, qui *brutis cum*  
*hominibus communes sunt*, pro principio  
Iur. Nat. habere, nimis ineptum est, ut  
perdant operam, qui definitionem Iusti-  
niani pr. *Inst. d. I. N. G. et C.* tueri, aut excu-  
fare etiam conantur (1).

2. Tria quoque praecepta, quae *Iustinianus*  
*§. 3. Inst. d. I. et I.* attulit, pro principio  
Iur. Nat. quale hic quaerimus, haberi ne-  
queunt: nam principium debet esse unum  
et

(1) vid. Beermann. *ad ff. Exerc. I. n. 32. et Lederer. d.  
Iur. Belliol. add. Huber. digr. P. 2. c. II. Kulpis Ex-  
erc. I. ib. 5. lit. n. p. 10.*

et evidens; haec praæcepta obscura sunt,  
et unum alterum sub se comprehendit.  
*Muelenius* tamen et *Guil. Grotius* (m) in  
alia sententia fuisse uidentur.

## VIII.

*Qui voluntatem DEI, eiusque  
sanctitatem, aut prouidentiam diuinam  
principium I. N. esse contendunt, recte sentiunt, si de essendi,  
non si de cognoscendi, de quo hic  
agimus, principio intelligi uelint.*

i. Prior sententia *Henr. Cocceii* est, uid.  
*Disq. eius de Princip. I. N.* quem sequuntur  
filius *Samuel Coccei*. in *Tr. de Princip. I. N.*  
et *Kestner* in *Iprud. Nat. C. i. th. 8.* Litem ei  
mouerunt *Hertius*, *Ludouici*, auctor anonymus  
aliique (n). Si de principio essendi,  
ut loquuntur, quiaeras, satis recte se habent,  
quae Vir illustris attulit, sed nos  
hic de principio cognoscendi loquimur,  
per quod uoluntas Dei nobis innotescat;  
hoc una propositione constare negamus;  
in quo ipse Vir celeberrimus nobiscum  
con-

(m) *Encir. c. 9. §. 1. Add. Strimes. Praxiol. Apod. c. 1. §. 8. Cumberl. Procl. §. 16. I. S. Stryk. not. ad. §. 3. Inst. d. I. et I.*

(n) add. *Thom. fund. I. 1. c. 6. §. 2. sq. Wernh. c. V. §. 12. sq. Procl. I. 6. S. 1. §. 35.*

consenire videtur, qui ex motibus intrinsecis, factis Creatoris, actionum fine necessario, necessitate mediī et sanctitate Dei uoluntatem eius colligi posse docet, adeoque plura principia admittit.

2. Ad prouidentiam Diuinam *Rachelius de Iur. Nat. th. 30.* prouocat, conf. *Schneider. d. Finibus Iur. N. c. 2. §. 7.* Ad sanctitatem eius *Iaegerus in Tr. de Leg. nat. qu. 6. num. 9.* *Zentgrau. in Orig. I N. art. 4. §. 2.* *Roehrensee de Fundament. I.N. §. 7.* *Anselm. Bittigius.* Posterius principium moralitatis, quae Dei uoluntatem antecedat, adstruendae causa excogitatum puto; utrumque obscurum est, si pro principio cognoscendi, de quo hoc capite solicii sumus, accipiatur.

## IX.

Nec deest, quod desiderari possit in sententiis eorum, qui (1) ex *cultu diuino*, (2) amore *Dei et hominum*, (3) fine *mundi*, aut (4) *hominis conditi*, uel (5) *conformatione hominis cum creatore*, tanquam ex genuino principio *Iur. Nat. pracepta* deducunt.

1. Frustra *Kalpis Exerc. 1. th. 6.* primam, 2dam, 3tiam et 5tam opinionem conciliari, et simul

simul admitti posse putat, cum nonnisi unum adaequatum I. N. principium esse possit.

2. Hoc in culto Digino consistere *Nitzschius* censuit, quod fide *Kulpisii* tradimus *l. cit. lit. o.* qui manuscripta illius elementa Iurisprud. Universal. allegauit, eandemque sententiam *Zentgrauio* tribuit. add. *Schneider. l. c. §. 5.* Nec adaequatum, nec euidenter hoc principium esse, per se apparet.
3. Amorem Dei et proximi *Hedingerus Consp. Iur. Nat. qu. 2. §. 13. Weifius, Hopperus, Janus Diff. de princip. Iur. Nat.* aliique principii loco habent. add. *Kulpis l. c. lit. p. et Boecler. ad Grot. p. 8.* Atque id optimum sane uideri poterat nisi quod ad Theologiam Moralem potius, quam ad I. N. pertineat, nec una propositione absoluatur, et ulteriore indigeat interpretatione.
4. Tertia *Velsbusii* est opinio, quem refellit *Pufendorff. l. c. 3. §. 12. §q.* Quarta *Pritii, Muldneri (o) et Titii; quinta Zentgrauii de Orig. Iur. Nat. art. 9.* At singula haec principia obscura sunt, pleraque etiam non adaequata.

## X. Mul.

(o) in *Disp. d. princip. Iur. Nat.* Titius in *Obs. ad Puf. d. O. H. et C.*

## X.

Multo minus admitti possunt hypotheses illorum, qui ad *Decalogum*, aut *moratorium gentium consensum* configiunt; nec *Strimesius*, *amorem intellectualis universale I. N. principium esse*, cuiquam facile persuadebit.

1. *Melanchthonis* prima est et *Hemmingii* hypothesis (*p*), quam etiam *Philoni Calixti* et *Boeclero* tribuit *Kulpis. Colleg. Grotian.* p. 10. *lit. r. et Grot. l. l. c. 1. §. 12.* Verum hoc principium non domesticum est, non unum, non I. N. coaeuum, neque adaequatum, cum singula Decalogi pracepta ad I. N. referri nequeant.

2. Alteram sententiam *Aristoteli* nonnulli tribuunt, quem uide *Reihor. l. l. c. 13. Nicom. l. 5. c. 10.* neque ab ea multum absunt, qui I. Gent. ex moratorium gentium consensu deducunt, cum I. Gent. pars sit I. N. uid. *Hopp. ad t. d. I. N. G. et C. add. Alberic. Gentil. d. Iur. belli. l. l. c. 1. §. 10.* Nec euidens, nec constans, et adaequatum hoc principium esse per se patet, unde merito id reiiciunt *Hobbes. de Ciu. c. 2. §. 1. Pufendorff. l. 2. c. 3 §. 7. conf. Selden. l. 1. c. 6. Boecler. ad Grot. p. 10k. Zentgrau p. 209. in Orig. I. N.* 3. *Stri-*

(*p*) uid Melancht. *Pbil. Moral.* p. 125. Hemming. *Typ. Iur. Nat.*

3. Si rimesioni principii maxima est obscuritas, cui nemo, quod sciam, subscriptis; ipsum adeat, qui uolet, in *Praxiolog. Apodict. c. I. §. 7.*

## XI.

Communi fere consensu *studium socialitatis*, uel, ut *Cumberlandius* loquitur, *benevolentiae omnium erga omnes*, tandem praeualuit, ac a plerisque recentioribus pro genuino, unico et adaequato principio I. N. habetur. Sed sicuti haec quoque hypothesis indissolubilibus plane laborat *dubiis*; ita modum deducendi ex ea notam actionum moralium nemo hucusque feliciter explicauit.

1. Bene multos principium hoc defensores inuenit, solet tamen idem non paucis adscribi, qui ab ea sententia multum absuisse uidentur. *Aristotelem* et *Ciceronem* in hac opinione fuisse *Kulpis l. c. §. 7. lit. u.* tradit, illi tamen alias quoque circa principium I. N. sententias affingi *praec. §. n. 2.* diximus. Itaque eum aequre ac *Ciceronem de uniuersali I. N. principio cogitasse*, aut (GRIBN. I. N.)

socialitatem pro eo habuisse, uix uerisimile est, conf. *Grot. in Prolegom. n. 6.* Stoicorum de socialitate Philosophiam *Kuhnius pec. Dissert. Anno 1700. Argentor.* habita exponit. At, neque iis, neque, quod idem existimat *Kulpisius, Augustino* et *Ambroso* principium hoc tribui posse, puto. Nam licet socialitatis studium eos commendare ac sedulo urgere facile concedam, pro unico tamen I. N. principio eos illam habuisse, probari nequit. uid. *Ambros. d. offic. l. 1. c. 8.*

2. Inter recentiores socialitatis patronos agmen dicit *Grotius*, quem laudant et sequuntur plerique, quamuis non modo in tradendis praceptis specialibus, raram socialitatis faciat mentionem, sed et de tali principio, quale hodie D.D. desiderant, quod unicum et uniuersale sit, uix cogitasse uideatur. *Pufendorffius* uero magno conatu id afferuit, sed irrito tamen successu. Ceteros huius principii patronos nihil attinet commemorare. Praecipui sunt *Boeclerus, Cumberlandius, Rachelius, Kulpisius, Thomasius, Hertius*, quos magno agmine alii sequuntur.
3. Neque tamen minor eorum est numerus, qui principium hoc in dubium uocarunt. Nam ut aduersarios *Pufendorffii* omittam, *Zieglerus, Osiander, Strimesius, Schar-*

*Scharröckius, Pritius, Titius, Cocceius, et ipse etiam notissime Thomasius fundam.  
l.c.6. §. 19. seqq. grauissimis hanc hypothesi difficultatibus urgeri lūculenter ostenderunt, conf. Leyser. ad ff. Spec. III. med. 4.*

4. Est enim hoc principium (1) *non adaequatum*, cum officia erga Deum, et nosmet ipsos non, nisi oblique, ex socialitate demonstrari possint, et minus recte inde deducantur: Est et, (2) quod mireris, *obscrum*; neque enim expediunt se satis principii huius fautores, an ad societatem uniuersi humani generis respiciendum sit, an ad singularum ciuitatum? Vtrum de sola necessitate humani generis, an de utilitatibus eius hoc principium accipiendum sit? et qua ratione quid socialitati conueniat, quid eidem repugnat, intelligi, et demonstrari possit? Vnde ipse Pufendorff. in Oper. de I. N. et G. ubi ad singulas quaestiones descendit, non raro immemor huius principii alias sollicite conquirit rationes, ex iisque eas, non ex socialitatis studio, decidit.

5. Tollere tamen has obscuritates contatus est, et apodicticam demonstrationem huic principio inesse contendit Sibrandus, qui ad quatuor regulas in Differ. de Princ. I. N. c. 2. §. 4. seqq. id reuocauit: *Primum est: Quicquid ita comparatum est,*

ut, si ab omnibus omitteretur, uniuerso generi humano pereundum foret, id iure N. omnibus et singulis praeceptum censeri debet. *Altera*: Quicquid ita comparatum non est, illud ne a singulis quidem ut fiat, necesse est, nec iure N. praeceptum haberi potest, sed licitum et indifferens. *Tertia*: Quicquid ita comparatum est, ut, si ab omnibus fieret, generi humano pereundum esset, illud ne a singulis quidem fieri debet, sed iure N. est prohibitum. *Quarta*: Quicquid ita se non habet, illud nec prohibitum iure N. censendum est. *add. Wernher. Elem. p. V. §. 7.*

6. Sed hae quoque regulae multis laborant difficultatibus: neque enim apparet, cur a singulis fieri non debeat, quod simul ab uniuersis fieri nequit. Duo cum faciunt idem, non est idem; multo minus utrum unus, an omnes quid faciant, perinde est. Immo, admissa I. et 3. regula, sequeretur, caelibatum repugnare iuri N. singulos debere operam agriculturae dare, omnes a magistratus munere abstinere. Ex secunda et quarta contra fluet, occisionem senum et ueterinarum, scortationem, et Sodomiam I. N. non repugnare, imo cultum etiam diuinum eodem iure non praecipi.

## XII.

Quid ergo? Nullumne datur huius disciplinae principium? Ita uidetur. Saltim fateor me nondum inuenisse, quod omnes legis fundamentalis proprietates contineat. Sed nec sic quicquam decedere existimo praestantiae Iurisprudentiae naturalis, cum multa omnino disciplina sit, quae una sola propositio ne absoluatur, ac in singulis Iurisprudentiae huius partibus, particularia, genuina tamen, euidentia, domestica et adaequata principia haud deficiant.

I. *Thomasii, Bodini, Gerhardi, Gundlingii, Ridigeri*, aliorumque nouissima principia data opera omitto (<sup>q</sup>), cum ex haec tenus dictis satis appareat, uix posse tales excogitari propositionem, quae genuini principii locum tueatur. Diuersa obiecta non admittunt unum principium, diuersus Status diuersas regulas postular: Nec *Theologi*,

C 3

nec

(q) uid. Thom. fundam. l. 1. c. 6. Bodin. diff. de Iur. mund. Gerhard. L. 1. c. 9. §. 19. Gundling. c. 2. §. 18.

nec *ICti*, nec *Philosophi* ulla in parte studiorum, ac ne in mathematicis quidem disciplinis, tale habent principium, quale hucusque in Iurisprudentia N. frustra interpretes quaesiverunt, ut oleum et operam perditurus videatur, qui in eruenda eiusmodi propositione ulterius suscipiat laborare (99).

(99) *conf. Henr. Morus enebir. ebbic. l. l. c. 4. in Scholäss ad Sect. 4. p. 21. Leyser. Spec. III. medi. 3. Philippī πρώτον θεόδος circa principium Iur. Nat. Vermischte Bibliothec, VI. Stück, art. 9.*

## CAP. IV.

### DE METHODO ET RATIONE TRAENDI PRAECEPTA NATURALIA.

#### I.

**S**icuti circa principium I. N. uarias ac diuersissimas Dd. sententias *cap. praec.* commemorauimus, ita et in tradendis praceptis naturalibus non una omnes ratione utuntur, sed singuli fere interpretes nova methodo hanc disciplinam complecti studuerunt.

I. Non

I. Non ambigendum est, quin uaria ratione praecepta I. N. tradi possint; methodus enim est arbitraria: haber tamen sua uitia, habet suas Virtutes. Confusio in primis, obscuritas, et iteratae eiusdem argumenti repetitiones sedulo uitrandae sunt. Danda opera, ut ordine omnia et aequaliter tradantur, ne omitrantur praecipua huius disciplinae capita, aut, quae aliena ab instituto sunt, cumulentur. Ex his de singulorum, qui I. N. exposuerunt, instituto iudicium ferri potest. *Seldeni certe et Eisenbarthi* methodum, quorum alter VII. praceptorum Noachi, alter XI. uirtutum Aristotelicarum ordinem seruauit, nemo facile dixerit esse sequendam, neque ipsi illi diri Clarissimi ignorarunt, I. N. alia et accuratiore ratione tradi posse. Quam *Hobbesius*, quam *Albertii*, *Thomasius* et alii uiam securi sint, ex scriptis ipsorum pater, sed singulorum hic rationem nobis non est integrum habere.

## II.

*Hugoni Grotio* placuerat ad belli et pacis tempora potissimum respicere, sed haec ipsa res effecit, ut ordo, quem adhibuit, paulo minus, quam cetera operis præstantissimi,

C. 4

eru-

eruditis satisfaceret. Immo ipse partem tantum Iurisprud. Naturalis, quae gentium inter se officia tradit, excolendam sibi sumfisse uidetur, licet alia quoque I. N. capita passim attingat.

I. *Grotius* opus suum *de Iur. Bell. et Pac. inscrisit*, quia omnia officia gentium ad haec duo capita commode reuocari possint. Alibi librum suum ipse uocat opus *de Iur. Gent.* (a) et ea sane argumenta, quae Iuris Gentium sunt, copiose ac luculentè exposuit; parcus tradidit ea, quae ad Iurisprud. Publ. atque Privatam Vniuersalem, et ad Ius Nat. qua Iuri Gentium opponitur, pertinent. Atque ex his pauca capita uix attigit, alia etiam prorsus intacta reliquit.

### III.

*Pufendorffius* in libello, quem *de Officio Hominis et Ciuis conscripsit*, id egisse uidetur, ut uera Ethices et Politices praecepta I. N. suppeditare ostenderet. Sed, qui fines harum disci-

(a) *Epist. 75. et 78. ad Gallos.*

disciplinarum et I. N. accurate discernunt, etiam hanc methodo habent, quod iure desiderare possint.

¶ 1. Alia *Pufendorffius* in Elementis, alia in operre maiore methodo usus est, in opusculo *de officio Hominis et Civis Lib. I. Ius N. speciatim* ita dictum, et nonnulla Iur. Priuatis Vniuersitatis capita, II. Ius Gent. et Ius Publ. Vniuersale exhibit. Vtique Ethicam et Politicam se credidit complecti. Sed istarum disciplinarum aliis termini sunt, alias est finis. Ethica de summo Bono, et uera hominis felicitate, de uirtute, et hominis affectibus exponit. Politica docet, quid sit utile, non quid sit iustum (6).

#### IV.

Nos sicuti quemlibet sua methodo uti libenter patimur; ita, qua ratione I. N. doceri debeat, ex usu eius, quem praestat, optime colligi posse putamus. Explicat autem hoc non hominum modo inter se officia, sed

C 5

iura

(6) Alter uulgo uid. Hopp. tit. de I. et I.

iura quoque Principum et subditorum ac rerum publicarum inter se obligationes exponit. Denique legum cultoribus in iustitiam et aequitatem Iuris Civilis inquirendi uiam monstrat. Quam nos secutur rationem, Lib. I. agemus de *Jure Naturali in specie*, seu de Iure et officiis hominum inter se extra ciuitatem, tam communibus seu generalibus, quam particularibus seu specialibus, absolutis aequis ac hypotheticis. Libro II. *Ius publicum Uniuersale* sue Iura Rerum publicarum, Principis et subditorum trademus. Tertius *Ius Gentium* exhibebit, et circa officia Rerum publicarum inter se, belli et pacis tempore occupabitur. Quartus, quem *Ius Ciuale Uniuersale* appellare licet, legum humanarum indolem exponet, easque ad principia et aequitatem naturalem reuocare docebit.

a. Vfus

1. Vfus praecipuus Iprud. N. se exerit in contiouersiis Principum inter se, in causis subditorum cum imperantibus, in prudētia legēs condendi et interpretandi, ac ad rationem naturalem exigendi.
2. Ius N. speciatim sic dictum, quod Lib. I. exhibebimus, iura et officia hominū tradit, quatēnus in statu naturali, nullo habito ad Rem publicam respectu, considerantur.
3. Ius Publicum Vniuersale rationes et iūra Rerump. explicabit, quo in argumento *Huberus* et *Boeckmerus* p̄ae reliquis occupati fuerunt.
4. Ius Gentium exemplo *Grotii* in ius belli et pacis partiemur, de quo *Textor*, *Zentgraurus*, *Buddens* et alii egerunt ex instituto.
5. Iuris Priuati Vniuersalis specimenia dede-  
runt *Rachelius*, *Huberus*, *Hedinger*, *Har- precht*, alii. Sed de his singulis plenius suo agemus loco.

PRIN-

PRINCIPIORVM  
IVRIS PRUDENTIAE  
NATURALIS

*LIB. I.*  
**DE IVRE NATVRAE  
IN SPECIE.**

*CAP. I.*  
**DE STATV NATVRALI.**

*I.*

**S**tatum naturalem dicimus conditionem hominum extra Rēpublicam degentium.

1. Alii aliter definitur statum naturalem, varie enim uox haec accipitur a *Theologis*, *Philosophis* et *ICtjs*.
2. Pufendorffius statum naturalem socialitati opponit (*a*); sed statum hunc rectius dixeris statum *solutudinis*, atque ita euitabis lites,

(a) *de offic. l. 1. c. 3. §. 3. et l. 2. c. 2. §. 4.*

lites, quae super *fictione* hac status naturalis illi fuerunt motae (b).

3. Nos statum naturalem opponimus ciuili, et homines consideramus, quatenus extra Rempublicam constituti sunt, quem statum *Hobbesius* (c) vocavit libertatem naturalem.

## II.

Scilicet, si primam humani generis consideramus originem, quatenus illa citra diuinam reuelationem potest intelligi, facile deprehendimus, Respublicas, Magistratus, subditos ab initio rerum non extitisse, sed sui quemuis potestatis ac juris fuisse.

1. Primae rerum origines ex reuelatione reetius intelliguntur, quam ex ratione, utraque tam satis nos docet, Principes, Respublicas, ciuitates ab initio non extitisse.
2. Vtrum in statu naturae integræ imperio ciuili fuisset locus, incertum est. *uid. Lib. II. c. 1.*

(b) *uid. Puf. Spicileg. Contraon. add. Them. Ipr. din. l. 2.*

c. 4.

(c) *de Civ. c. 3. sqq.*

c. i. §. 1., ac ipse ille status ex lumine naturae non nisi per coniecturas cognosci potest. conf. Pfanneri Systema theol. gent. purior. c. VII. §. 9. et Schwarzi Disp. de lapsu primorum parentum a paganis ad umbrato.

### III.

Hoc in statu cum leges ciuiles nullae dentur, sola ratio tanquam lex diuina, quid faciendum fugendum sit, ostendit, sola salutem uniuersorum ac singulorum conservat.

1. Et suffecissent sane LL. illae huic statui, nisi improbitas hominum eas negligentium adegitset reliquos, de mutando illo statu cogitare.
2. Mutari autem illum potuisse certissimum est, cum alia sit status, alia Iur. N. ratio, quamuis Iustinianus aliquique statum hunc interdum naturam, imo et Ius Nat. appellat.

### IV.

Quae ergo officia hominum erga homines sint, quatenus nullo ciuili vinculo continentur, hoc libro expendemus. Quia uero et extra Rem-

Rempubl. societates quaedam ac diversae hominum conditiones inueniuntur, ideo officia quoque eorum hoc in statu, alia sunt communia et generalia, alia specialia seu hypothetica. De illis primo loco, postea et de hisce, quantum instituti breuitas patietur, dispiciemus.

1. Agemus ergo lib. I. de officiis erga Deum, et nosmet ipsos, de communione, et aequalitate naturali, de statibus aduentitiis quidem, sed naturalibus tamen, et qui extra Rempubl. etiam locum habere possunt, parentum, coniugum, dominorum, eorundemque officiis, nec minus de iis, quae ex pacto, iuramento etc. oriuntur.

---

## CAP. II.

### DE RELIGIONE NATURALI.

#### I.

Inter officia, quae cuiuis statui sunt communia, et ad omnes homines aequae pertinent, primum sibi merito locum cultus diuini Numinis vindicat,

dicat, de quo, quid ex ratione sibi  
relicta possit intelligi, paucis hoc  
loco iuuabit exponere.

1. Alii ultimo loco de hoc officio agendum  
esse censem (a), alii plane ad I. prud. na-  
turalem religionem naturalem pertinere  
negant, et Theologiam naturalem I. pru-  
dentiae naturali opponunt. Atque ii sa-  
ne, qui ex socialitatis studio I. N. dedu-  
cunt, causam habent, cur religionem na-  
turalem a Iure Naturae distinguant, cum  
ex hoc principio cultus diuinus uix com-  
mode deriuari queat: Vnde ipse *Pafen-  
dorffius* in Opere maiore nullam eius men-  
tionem fecit. Sed satius omnino est,  
principia religionis naturalis reliquis  
praeceptis Iuris N. siue absolutis, siue  
hypotheticis praemitti,
2. Id per se patet, religionem naturalem hic  
non ciiali, sed reuelatae opponi, cum ea-  
dem illa sit in utroque et naturali, et ciui-  
li statu.

## II.

Cum autem, ut recte ait *Lactan-  
tius*,

(a) u. Thom. fundam. ad l. 2. c. I. §. I. p. 148.

**Zius** (\*), prius sit Deum scire, consequens colere, dispiciendum nobis in primis est, quid de Deo, quem ex sui, et uniuersi terrarum orbis creatione quilibet potest cognoscere, ratio nostra percipiat.

(\*) Diu. Inst. I. 4. c. 4.

1. Inde vulgo cultum Dei diuidunt in Theoreticum, et Practicum, illum *Theologiam*, hunc *religionem naturalem* possis appellare.

2. Deum esse, optima ac facillima demonstratione *ex creatione* huius uniuersi intelligimus. Is enim, quiceteris rebus omnibus initium et existentiam dedit, suam a nemine accepit, Deus nobis appellatur; Alii alias utuntur demonstrandi modis; Sunt, qui ad *consensum gentium* prouocent; sunt, qui *ideam Dei et naturam motus allegent* (b); sane via *eminentiae*, et *negationis*, quam scholastici secuti sunt, non tam ad probandam Numinis existentiam, quam ad attributa diuina destinienda pertinet (c).

D

3. Qui

(b) *conf. Wernh.* c. 8. §. 4. *seqq. Beyer.* c. 1. *add. Wolff.*  
*de Deo, mundo et anima hominis* c. 6. §. 928 *sq.*

(c) *conf. Mull.* *ad Guilelm.* *Grot.* c. 5. §. 2. *Textor.*  
c. 6. a. 13.

(GRIBN. t. n.)

3. Qui Deum agnoscit, agnoscit etiam cetera omnia ab eo esse condita, ut propositio : *Dei potentia mundum esse conditum*, fere aequa clara ac perspicua sit, quam illa : *Deum esse*.
4. Atheos fuisse, qui utramque propositionem in dubium vocauerint, non equidem prorsus negauerim; pluribus tamen imputatus ille error fuit, quos probabile est ab eo fuisse alienos. Quas alii atheistorum classes constituant, commemorare, ab instituto nostro alienum est.
5. Damna atheismi in Rempubl. exposuerunt *Pritius* et *Abicht pecul. diff.* grauiora ex superstitione oriri contendit *Bayle* Pensées diverses à l' occasion de la Comète; ego concederim, plura ex superstitione nata esse, sed grauiora tamen ex atheismo enasci posse et metuenda esse puto.

*De poenis Atheorum vid. Hobbes. c. 14.  
§. 19. Wernh. C. 8. §. 9. seqq. et Elswig.  
Contra d. Atheism.*

### III.

Intelligit ergo ratio nostra, *Deum esse unum*: *Eius prouidentia mundum conseruari*: *Nulli creaturae diuinitatem tribuendam*: *Denique nihil*

*nihil de Deo dicendum esse, nisi quod sit perfectissimum.*

1. Fines Theologiae Naturalis nimium, alii extendunt, alii coarctant. Sunt, qui Trinitatis etiam Mysterium ex ratione demonstrare praesumunt cum Mornaeo et Poireto (d), sunt et, qui tantum non omnia Philosophiae huius principia in dubium vocari posse putant. uid. Iosephckij *disp. de eo, quod nimium est in Theolog. Nat.*
2. Deum unum esse, inde colligimus, quia infinitus est, idemque liberrimus, et quia ab ea sunt omnia. Itaque idolatriae unitas etiam ex lumine Nat. intelligitur. Vid. Text. c. 6. n. 24. Imo unitarem Deiaeque clare ac perspicue, quam existentiam eius ex ratione probari posse, contendunt plerique (e), quod Grot. negat l. 2. c. 20. §. 47.
3. Prudentiam Dei conseruatio. Vniuersi euincit, sed et sapientia et omnipotencia

## D 2

## sentia

(d) Morn. *de ueritate Relig. Christ.* c. 5. Poiret. *cogit. rnt. d. Deo, bon. et mal.* l. 3. c. 8. add. Budd. *de Pietate Philosoph.* §. 20.

(e) Add. Text. c. 6. n. 15. Alberti *Diff. de Unitate Dei.* Gu. Grot. c. 5. §. 3. Wijne Muller. p. 77. Beyer. c. 11. §. 15. et Budd. *de Pietate Philosoph.* §. 19.

sentia diuina de ea nos non patitur dubitare.

*Virum Epicurus de ea dubitauerit? An de Speciali aequa ac de uniuersali ratio nostra sibi relicta certa sit?*

4. De essentia Diuina parum nobis ex lumine Nat. constat. Scimus tamen, Summum Numen esse omnipotens, perfectissimum, sapientissimum, iustissimum, benignissimumque. Add. *Grot. d. Veritat. Rel. Christian. c. 4. Pufend. d. offic. l. l. c. 4. §. 5.*

#### IV.

Quem uero existere, perspicit ratio Deum, colendum etiam esse docet. Iubet itaque nos *Deo praestare obsequium, reuerentiam ac pietatem, iubet eum timore et amore prosequi, diuinae prouidentiae confidere, in ipsius uoluntate acquiescere.*

1. Prima lex circa cultum diuinum est: *Obsequium praesta Deo.* Hoc ex imperio diuino fluit, et ex consideratione attributorum diuinorum.

2. Perinde *timorem Dei eius omnipotentia, amo-*

amorem clementia et sapientia, fiduciam eadem potentia et benignitas excitat. (f).

## V.

Sed non *interiorum* tantum, uerum *externum* quoque cultum ratio approbat, *Deo agendas esse gratias, preces ad ipsum fundendas,* alios ad diuinum cultum excitandos, plus quam probabilibus colligit argumentis.

1. Externum Dei cultum ex sola ratiocinatione cognosci posse, negat *Thomasius* l. 2. c. 1. §. 8. seqq. et *Beyer. C. XI. pos. 31. seqq.* Ille tamen mutasse uidetur sententiam *Fundam. ad d. cap. p. 150. n. 19. add. ei. Sitten-Lehre c. 1. §. 37.*
2. Scilicet cum ratio doceat, timore, amore, et spe colendum esse Deum, docet etiam, considerate de eo esse loquendum, alios ad Deum colendum excitandos, aliis amorem timoremque nostrum erga Deum esse declarandum.
3. Ipse itaque internus cultus, atque admiratio illa, qua diuinam prouidentiam

D 3

uene-

(f). *conf. omnino Alberti p. 2. c. 1. §. 10. seqq. Guil. Grot. c. 1. §. 13. seqq. Budd. c. 8.*

ueneramur, externum cultum quodammodo exprimit et producit (g), efficitque, ut oculi, lingua, manus, qua fieri potest religione, animi pietatem declarent.

4. Ergo et preces ad Deum fundere, gratias ei agere, Ius Nat. postulat. Fiducia enim sine desiderio concipi non potest. Id siue per uerba exponatur, siue animo contineatur, preces uocamus.
5. Grata uero mente beneficia Dei agnoscere, aliosque ad cultum diuinum adhortari, perinde aequum et piu[m] esse, praeter omnium gentium consensum, ratio euincit.
6. Quae in contrariam partem afferuntur rationes, eae etiam contra *internum cultum* urgeri pleraeque possunt, quas expendemus inter differendum. uid. *Beyer. c. c. posit. 34. seqq.*
7. De *iure iurando*, utrum id genus quoddam cultus diuini constituat? an per solum Deum id praestandum esse, I. N. imperet? infra dispiciemus. Temeraria iuramenta et periuria haud dubie legi naturali repugnant.

## VI.

(g) *conf. Budd. de Pietate Philosoph. S. 32. seqq.*

## VI.

Eadem cultum *publicum* non necessarium quidem, utilem tamen esse iudicat.

1. Cultus Publicus etiam extra Respubl. et ante illas locum habuit. Eum ratio approbat, quatenus intelligit, per eum alios ad timorem et amorem Dei commoueri.

2. De Liturgia, et Iure Principis circa sacra, agendum in Iure Publ. Vniuersi.

3. Quibus ritibus Deus colendus sit, ratio ignorat. Vnde *sacrificiorum* origo ex Legi Positiva repetenda est (*b*).

*Quae uniuersalis fuisse uidetur, non perpetua.*

4. Praeceptum quoque de *Sabbatho* non est Iur. Nat. Vniuersale tamen id esse plerique contendunt (*i*).

5. Imperfecta itaque Theolog. Nat. ac sola reuelatio ueram Deum colendi rationem plene declarat.

*An animae immortalitas ex ratione demonstrari, ac ueritas Religionis Christianae per eam probari possit?*

D 4

CAP. III.

(*b*) conf. Alberti P. 2. c. I. §. 15. p. 68. Budd. de *Pietate Philosoph. §. 39. seqq.*

(*i*) conf. Budd. l. c. §. 43. sqq. Alberti l. c. I. S. Stryck et Beyer. *de iure Sabbathi.*

## CAP. III.

DE OFFICIO HOMINIS  
ERGA SE IPSVM.

## I.

**P**ost cultum diuini Numinis nullis officiis homo arctius obstringitur, quam quae sibi ipsi debet, ad quae non ratione tantum, sed impetu etiam, seu instinctu naturali compellitur.

1. Officia hominis erga se ipsum frustra ex socialitatis studio deducuntur, cum etiam extra societatem, et nullo habito ad socialitatem respectu, obligent.
2. Itaque et minus recte ad praecepta I. Nat. erga alios referuatur, cum sibi quisque arctius, quam aliis, obstringatur, conf. *Beyerus Cap. XII. pos. 1. seqq.* Subordinanda socialitati esse, quod *Thomasius* affirmat *Libr. II. C. II. §. 3.* facilius admitti potest, modo obserues, officia erga alios perinde subordinanda esse iis, quae nobis met ipsis debemus.
3. *Debemus*, inquam; neque enim dubitandum est, quin sibi ipsi quisque obligatus sit, et in se ipsum possit esse iniurius, licet

licet non semper ciuilis legis vinculum naturalem hanc obligationem adiuuet, et confirmet.

4. Praeter rationem et legem naturalem ad haec officia ipse etiam instinctus naturalis ueluti impetu quodam nos impellit, qui ipse tamen reuocandus est ad legem et rationem. uid. *Thom. Iur. Dis. 1. 2. c. 2. s. 1. seqq.*

## II.

Debet ergo homini in primis curae esse *uitae conseruatio*, debet declinare ea, quae mortem minantur, ea appetere, quae uitam redundunt diuturnam.

1. Hoc primum recte dixeris officium, cum bene uiuere nequeat, nisi qui uiuit: principium ergo *Thomistum*: *quicquid facit ad uiuam diuturnam etc.* hic locum suum obtinet; licet pro uniuersali principio *Iur. Nat.* haberi nequeat.
2. Homo se ipsum conseruare nequit, sed conseruatio uitae non minus, quam ipsa uita, diuini est muneris; nec quisquam constitutum uiuendi tempus ulterius extendere potest, abrumpere uero quilibet potest, si aut faciat, quae uitae nocitura sunt, aut omittat, quae conseruatio sui requirit.

D. 5

3. Virum-

3. Vtrumque prohibet ratio; Iuri igitur Naturali repugnat *autochiria*, siue taedio uitae illa fiat, siue metu calamitatis, aut poena imminentis, ut ne in summo quidem periculo, aut ad cruciatus maximos declinandos, permitta esse videatur, dissentit *Thomas*.  
*I. 2. c. 1. §. 74.* quem sequitur *Beyerus* *I. c. §. 24.*

4. Itaque non ambigendum est, quin ob autochiriam attentatam poena quis coerceri, et ea consummata cadauer etiam ignomonia affici possit, si alii hac ratione ab ausibus similibus deterreri queant (*a*).

*Dictum de Stoicorum circa autochiriam Philosophia, de legibus Rom. an illis omnis autochiria prohibita sit?* (*aa*) *de sepultura eorum, qui sibi uim inferunt.*

5. Neque autochiria ob conseruandam pudicitiam permitta est, et multo minus illa, quae ob inanem fortitudinis et constantiae opinionem committitur, ut frustra mortem *Catonis* tantis elogiis efferant Poetae oratoresque Romani, qua de re legi mereatur *Esprit de la fausseté des uerites humaines*. *P. II. c. 13.*

*Dictum etiam de morte Lucretiae, Sintsonis, Sauli.*

## 6. Sane

(*a*) *vid. Grot. I. 2. c. 19, n. 4. ibique Osiand. p. 1103. Kulpis Coll. Grot. p. 106. Diff. Bodin. d. Iur. inhumam. concl. 1. conf. Textor. c. 15. n. 18. sqq.*

(*aa*) *conf. Crelpii Disp. ad I. 6. ff. d. bon. cor. qui ante sentent. sibi mortem conscientur.*

6. Sane *Socratis* alia causa fuit, nam iussu Magistratus condemnatum ad supplicium capitale sibi ipsi manus inferre posse facile concedo. conf. *Beyer. c. XII. §. 32.*
7. Principis quoque iussu uitae periculum subire, et pro Republ. mortem oppetere licet, cum nec singuli, nec uniuersit seruari possint, nisi pro uniuersis singuli periculum subeant.
8. Non tamen temere quis se periculo obiciere debet, neque onus impar viribus suscipere, aut labore nimio vires naturae debilitare. adde *Beyer. c. XII. §. 5. sq.*

### III.

Praeter uitam nihil est, quod homini carius esse debeat, quam *intellectus* et *voluntas*, siue facultates istae praestantiores, sine quarum cultura feliciter nequit uiuere. Unde utriusque curam I. N. commendat.

1. De mente et anima hominis disquisitio ad aliam disciplinam pertinet. Nec hic de uera hominis felicitate, de facultatibus *intellectus* et *voluntatis*, ex instituto age-

re licet. (b). Id tantum monemus, curam intellectus et uoluntatis ad conseruationem uitae pertinere, cum intemperantia affectionis, imprudentia, aliquique morbi animae saepius ejus et corporis nexum dissoluant, et feliciter uiuere nequeat, nisi qui sapienter uiuit.

## IV.

Commendat idem *ualetudinis* curam uitae conseruationi necessariam. Praecipit, ut *membra corporis* tueamur, nec, nisi grauissimas ob causas, ea abscindi, aut corrumpi, patitur, denique ius et facultatem largitur, ea omnia, quae uitae, ualetudini, membris nostris nocitura sunt, declinandi, repellendi, de quo argumento infra cap. V. pluribus agendi erit locus.

I. Cum ad nulla alia officia ipsa magis natura feramur, quam ad ea, quae nobis debemus, nulla tamen plerumque magis negligimus, et uiolamus. Non paucis ueniendi spatia anteuertant, morborum

(b) *conf. Puf. de Off. l. I. c. 1. §. 4. sqq. Thom. Inr. prud. diu. l. I. c. 1. §. 56. sqq. Beyer. c. 3. et 4. Wolff. von der Menschen Tben und Lassen p. 2. c. 2. sqq.*

rum causas suppeditant, mortem accelerant.

2. De iure hominis in membra sua ex instituto *Simon* disputavit: Mutilatio membrorum licita est, si uita aliter seruari nequeat, imo etiam eo casu quodammodo praecepsa. Illicita, si sponte et citra necessitatem fiat, ut *Zopyri* factum uituperio magis, quam laude dignum uideatur.

*De mutilatione membrorum, quae a iudice, vel hoste fit, alibi agitur.*

---

CAP. IV.

DE NATVRALI HOMINVM  
AEQVALITATE ET COMMVNIO-  
NE PRIMAEVA.

I.

**H**is praemissis, dum ad officia hominis erga alios, quibus nullo ciuili vinculo obstringitur, progredimur, iuuabit ab origine ultima rem repetere, ac primum hominum intueri statum, ut appareat, quae absoluta sint omnium erga

ga omnes officia, quae ex hypothesi, id est, certa conditione aut statu aduentitio oriuntur.

- I. Scilicet status naturalis, quatenus ciuili ille opponitur, diuidi potest in *absolutum* et *hypotheticum*, hic certam conditionem aduentitiam, uel conuentionem praestruit, ille mere naturalis est, et omnibus hominibus communis.

## II.

Cum ergo imperia et dominia conuentionem aut consensum Imperantium et subditorum, dominorum seruorumque praesupponant, facile intelligitur, status istos non esse a natura, quae omnes constituit liberos, omnes sibi hac ex parte aequales.

- I. Origines quidem Imperiorum ualde obscurae sunt, ex principiis tamen singularum Rerumpubl. constat, Respubl. ab initio non extitisse, sed homines suo arbitrio ciuitates condidisse.
2. Nullum ergo hoc sensu a natura est imperium,

perium, nec iudicia sunt a natura (*a*), sed a facto humano, ut recte monuit *Grotius* (*b*), frustra dissentientibus commentatoribus plerisque (*c*).

3. Seruitus quoque contra naturam est, ut *Iustinianus* ait, et ad status hominum praeter naturales sive aduentios pertinet. Ab initio enim quilibet sui iuris fuit, neque dantur hoc sensu natura servi (*d*).
4. Vti omnes natura liberi, ita etiam omnes aequales sunt. I. N. tamen non ita hanc aequalitatem imperat, ut impedit, quo minus per pacta ea immutetur.
5. Quod ad statim hominum mere et absolute naturalem attinet, diuersa quidem eorum est conditio, si sexum, aetatem, uires, formam, probitatem, et prudentiam species; sed haec diuersitas Iure N. aequalitatem non tollit, neque sola praestantia imperium tribuit.

#### 5. Ex

- (*a*) non tamen contra naturam sunt, vid. infra l. 2. c. 1. §. 1.
- (*b*) *Grot.* l. 1. c. 3. §. 1. quem sequuntur *Simon*, *Henniges* et *Graswinckel*.
- (*c*) *Diss.* *Boehler*, *Ziegler*, *Osiandr*, *Kulpis* et *Feldgen*,
- (*d*) vid. infra c. 10. §. 1. add. *Puf. ad. I. N.* et *G. l. 3. c. 2. §. 8. Huber. *digr. l. 2. c. 2.**

6. Ex his fluit, in statu naturali nec leges humanas, nec poenas, habere locum.

*Dicendum de fama et infamia in statu naturali (e).*

### III.

Nec imperii tantum, sed dominii quoque et proprietatis expers fuit status naturalis, quum, durante omnium rerum communione, nullius, ultra possessionem duraturum, in res quascunque, nisi ex conventione, competenteret.

1. Communionem praeiuam ipsi etiam pagani agnouerunt, quam frustra impugnant *Commentatores Grotiani* plerique (f), aliique uiri clarissimi (g).

2. Neque enim Deus diuisionem orbis universi ab initio imperauit, neque status primorum hominum eam postulauit, nec credibile est, huiusmodi diuisionem aut ab

(e) conf. Thomas. *Disp. d. hoc argumento.*

(f) Zigler. p. 217. Boecler. p. 40. Henniges p. 346. Kulpis *Exerc. 3. ad l. 2. c. 2. tb. 1.* Osland. p. 650. Felden p. 115.

(g) Strauch. d. *Dom. maris c. 2.* Horn. *Archit. 1. 2. c. 3. §. 2.* Obrecht. d. *Commun. c. 3.* Strau. S. 1. F. c. 1. apb. 1. Alberti c. 7. §. 12. §§.

ab Adamo, aut Noacho factam esse, ut non nulli, auctoritatem Iosephi, Sulpici Seueri, et Cedreni secuti, tradunt (b).

3. Itaque consequitur, communionem olim omnium rerum fuisse, utrum negatiua, aut positiva ea fuerit, ambigitur; *Grotius* pro negatiua contendit (i), quem *Graswinckelius*, *Huberus* et *Vitriarius* (k) sequuntur. Positiuam alii rectius (l) ridentur, qui dominium admittunt, sed commune, quod ipsam communionem inuoluit.
4. Quamdiu durauit communio, nemo sibi quicquam tanquam proprium vindicare potuit, adeoque occupatio non est modus acquirendi naturalis, cum apprehensio rei communis ius reliquoru[m] tollere nequeat (m).

## E

## 5. Ius

(b) *Conf. Disp. de eo, quod iustum est circa seras ex custodia elapsas Cap. 1. §. 1.* Selden. *d. success. in bona defuncti. c. 24.* Thomas. *d. origin. success. Tescam. §. 28. lit. k.*

(i) *I. 2. c. 2. §. 1. sqq. add.* Guili. *Grot. c. 2. §. 4.*

(k) *Vitriar. p. 70.* *Graswinckel. p. 116.* *Huber. Digr. P. I. l. 4. c. 2. add.* *Bynckershoeck d. domin. maris c. 1.* Selden. *d. mar. claus. l. 1. c. 4. et Wernh. c. 14. §. 4.* *Beyer. c. 20. §. 9. sqq.*

(l) *uid. Pufend. l. 4. c. 4. §. 5.* *Thom. Iur. Diu. I. 2. c. 10. §. 44. sqq. et Fundam. p. 167.* *Ryll. c. 14. §. 3. sqq. conf. Diss. de seris ex custodia dilaps. c. 1. §. 2.*

(m) *conf. Thomas. I. 2. c. 10. §. 107. et Diss. de seris ex custodia dilaps. c. 1. §. 2. sqq.*

(GRIBN. I. N.)

5. Ius possessionis, de quo *s. seq.* agemus, non tollit communionem, et diuersissimum est a iure proprietatis. Quia uero ratione a communione primæua discessum fuerit, monebitur *Cap. VI. §. V. seqq.*

## IV.

Hoc ergo rerum statu, si tranquillitas ac salus humano generi constare debeat, recta ratio prohibet, ne quis ui sibi imperium in alium arroget, eum opprimat, contemtui habeat, aut quacunque ratione laedat; ne res communes tanquam proprias sibi vindicet, ac meliorem suam, quam aliorum, causam esse uelit; denique ne quemquam in possessione rei occupatae turbet, saltim quamdiu eam alter detinet, cum in pari causa melior debit esse conditio possidentis.

1. Ex his praeceptis quaedam omni statui sunt communia, quaedam ad statum naturalem tantum pertinent.
2. Praeceptum de custodienda aequalitate, aliter in statu naturali, aliter in ciuili sta-

tu debet intelligi: cum in Republ. studium inaequalitatis, appetitus dominii, imperii et proprietatis non simpliciter sit iniustus: Vitanda tamen in utroque statu, ambitio et superbia.

3. Sed et praeceptum de altero non laendo, pro diuersitate status naturalis et ciuilis, alia officia imperat.
4. Quamvis dominii, et proprietatis, exper fuerit primus ille naturalis status, possessio nis ius tamen in eo obtinuit. Id postulat, ut in causa pari melior possidentis conditio habeatur, et prohibet, quenquam in pos sessione turbari.
5. Ius tamen hoc, quod possessio tribuit, ea mutata, statim exspirat, atque tunc res de relicta occupari, eiusque possessio apprehendi ab aliis potest; animo enim solo illa retineri nequit.
6. Sed et officium eorum, qui possident, hoc in statu prohibet, ne diutius rei inhaerent, quam opus est; ne alias a compossessione rei, quae pluribus sufficere potest, excludere, et possessionem ueluti in proprietatem conuerrere conentur.
7. Ceterum commune huic et cuiuscunque stati praeceptum est, humanitatis officia exhibenda esse aliis, et utilitatem eorum, quibus citra incommodum nostrum prodesse possumus, premouendam.

## CAP. V.

**DE IVRE DEFENSIONIS ET  
VINDICTAE IN STATU  
NATVRALI.**

## I.

**C**Vm uero hominum improbitas, officii sui communisque salutis immemor, eo facilius hoc in rerum statu in aliorum laesionem erumperet, quo securius sibi cessantibus iudiciis perpetrati sceleris impunitatem promittere poterat, quid ad declinanda, auertenda, repellenda haec, quae imminebant mala, iustum licitumque fuerit, nunc expendemus.

1. Homines paucissimi uiuunt secundum rationem; adeoque, si metus poenae humanae abesset, plerique in officio uix possent retineri.
2. Falluntur enim, qui hominem adeo animal sociabile esse fingunt, ut sponte ueluti ac impetu feratur ad aliorum commoda promouenda. Solitudinem fugit, socie-

societatem amat, sed propter se, non propter alios.

3. Itaque, si ex plerorumque ingenio rem aestimes, non male *Hobbesius* censuit, statum hunc naturalem, aucto humano genere, futurum fuisse bellum omnium aduersus omnes; contra quem frustra disputant, qui, eum praecepta status naturalis tradere, existimant, ubi historiam eius exponit.

## II.

Id igitur et uitae conseruandae studium et naturalis ratio quemuis docet, licere nobis eum, qui uitam nobis eripere conatur, repellere, et, si aliter id fieri nequeat, etiam occidere.

1. Quilibet enim sibi est proximus; inuasor in actu iniusto occupatur, et metuendum, ne plures ab uno interficiantur, si aggressori resistere non liceat.

2. Neque tantum *licita*, sed et *praecepta* uidetur defensio Iure N. (n) quamvis

E 3

Chri-

(n) Conf. Textor. c. 9. n. 4. Osiand. ad Grot. p. 234. Diff. Pufend. d. Offic. l. 1. c. 5. §. 2. Kulpis ad Grot. l. 2. c. 1. §. 2. lit. f. p. 31. conf. Berlich. p. 4. concl. II. n. 9. seqq.

Christiano permissum credam, iure eo aliquando non uti, e. g. si aggressor sit *ebrius* etc. (o) quem Iure N. non minus, quam *suefatum, errantem* etc. prosternere licet (p).

3. Sed et aduersus parentem permissa est haec defensio (q), aduersus Principem forte non aequa (r).

4. Ad caedem tamen perueniendum non est, quoties securitas alia ratione obtineri potest: Hinc requisita moderaminis inculpatationes obseruari fas est, quae laxiora sunt in statu naturali, quam in statu ciuili: fuga in utroque praecepta uidetur, si tuta sit, et omni periculo careat (s).

### III.

## Nec dubito, quin hoc in statu naturali

(a) *In re illicitem eius occisionem esse contendit* Henr. Müller. *Consil. Theol. d. homicidio et poen. homicid.*

(p) *Diss. uidetur* Wieler. *Princip. l. 4. c. 10. p. 413.*  
*Conf. Beyer. c. 12. pos. 46. sqq.* Hedding. *ad Grot. p. 152.*

(q) *uid. J. A. Olearii disputat. d. hoc argumento.*

(r) *Diss. Vasqui. Consr. II. l. 1. c. 18. Struu. d. Vindict. priuat. c. 4. apb. 4. Consent. Grot. l. 2. c. 1. §. 9. ibique Zigler. p. 197. Hennig. p. 859. Ofiand. p. 623. Boehler. p. 11. Thomas. *Iurispr. diu. l. 2. c. 2. §. 89. Jq. Muller. ad Guil. Grot. p. 241.**

(s) *uid. samen Werah. c. 9. §. 14.*

turali defensio etiam cum caede invasoris pro tuendo *membro corporis, pudicitia* conseruanda, auertendo ac declinando malo, quod alter ius inferendi non habet, permissa debeat cferi.

1. Quia enim alter ius non habet malum nobis inferendi, ideo potestas nobis competit, id declinandi, in primis, cum, quod ad *membri mutilationem* attinet, restitutio et satisfactio a laedente impetrari nequeat (t).
2. Neque aequalitas damni requiritur, cum sufficiat aduersarium in facto illico occupari, cui quocunque modo resistere licetum est.
3. Ergo etiam pro dente, aut digito, conseruando idem licere *Feldeno* concesserim, ob acceptam iam iacturam non aequem.
4. Circa conseruationem pudicitiae frustra *Ziglerus, Osiander*, alilque dubitant

(t) *Conf. Grot. l. 2. c. 1. §. 6. ibique* Tesmar. p. 149. Hennig. p. 320. Albert. c. 3. §. 15. Kestn. c. 3. §. 8. *iusq.* Boecler. p. 9. Kulpis l. c. Wincler. l. 4. c. 10. et Textor. c. 5. n. 13: qui eo demum casu id admittunt, si mors ex membris laetione traxi.

tant (*u*). Hic tamen quoque ad occisionem perueniendum non est extra necessitatis causam.

*De defensione libertatis uid. Hedinger.*  
p. 160.

5. Ob leue damnum acceptum e. g. ob alapam naturali non minus, quam ciuili iure illicita est occiso, sed ad declinandam eam in naturali statu amplior defensionis fauor, et maior iniuriam repellentis licentia est (*x*).

#### IV.

Similiter eum, qui in *possessione* nos turbat, reprimere, ac uti post dominia introducta furem, ita in hoc statu communionis uiolatorem possessionis quocunque modo repellere licet, dummodo ad caedem non, nisi ob summam necessitatem, progrediamur.

#### I. Ius

(*u*) *Consens.* Grot. l. 2. c. 1. §. 8. Pufend. l. 2. c. 5. §. 11. Boecler. *ad* Grot. p. 10. Hennig. p. 321. Kulpis p. 33. lit. a. Winckler. l. c. Text. c. 5. n. 21. *sqq.* Selden. l. 4. c. 3. *Diff.* Zigler. p. 195. Velth. *qu.* 17. Ofiand. *ad* Grot. l. 2. c. 1. §. 7. *Obs. un.* Alberti p. 86.

(*x*) *conf.* Grot. l. 2. c. 1. §. 10. Pufend. l. 2. c. 5. §. 10. *sqq.* Wernh. c. 9. §. 13. Hennig. p. 322. *Diff.* Boecler. p. 13. Felden. p. 102. Zigler. *ad* Grot. p. 200. Ofiand. *ad* §. 10. *Obs. un.* Text. c. V. n. 25. Kestn. c. 3. §. 13.

1. Ius Nat. in statu naturali plus permittit pro rerum defensione, quam leges ciuiles, quia furem conueniendi nulla facultas competit, atque lex et iudex, qui metum iniiciant, deficiunt. Itaque defensio etiam cum invasoris caede licita est (*y*); ad hanc tamen non properandum, quo usque turbator alia ratione in ordinem redigi potest.
2. Hinc lex Ebraea etiam et Romana et aliarum gentium iura nocturni furis occisionem permittunt (*z*), quae non tantum impunitatem in foro praestare uidentur, sed et efficere, ut caedes licite et salua conscientia fieri possit (*a*), quamvis non omnis tolerantia legislatoris et permissio efficiat, ut actus ab omni culpa liber sit, et perpetranti imputari nequeat.

## V.

Quin imo integrum etiam est, ob acceptum damnum satisfactionem ab altero, et cautionem de non

E 5

am-

(y) Grot. I. c. §. 11. Pufend. I. 2. c. 5. §. 16. Diff. Alberti p. 2. c. 3. §. 30. Ofiand. ad Grot. §. 11. Obs. un. Kulpis l. c. §. 5. p. 33.

(z) Exod. 22. comm. 2. sq. vid. Grot. I. 2. c. 1. §. 12, ibique Boecler. et Gronou. Kulpis lit. q. add. Mulleri disp. de occissione furis nocturni.

(a) Kulpis l. c. lit. v. ibique Selden. add. Mencken. Contr. I. N. et G. D. I. tb. 122.

amplius nocendo exigere, rem ablatam, aut eius aestimationem repertere, iniuriam illatam vindicare.

i. Ius vindictae in Rep. priuatis recte dengatur, in statu naturali non aequa, cum malitia hominum absque ea uix reprimiqueat: honeste tamen ea remittitur, nec facile ad caedem extendenda est, imo contra excessum vindicationis is quoque, qui prius laesit, se recte tuerit, si oblatam satisfactionem alter acceptare recusat.

*Dicendum de ratione praestandi restituitionem damni et cautionem in statu nat. et de usu huius doctrinae in iure Gent. (b).*

## VI.

Nolim tamen eo extendas defensionis et vindictae necessariae licentiam, ut alios occidas, ne occidaris, licet suspicandi causam non habeas, ab ipsis uitiae strui insidias. Neque enim quemuis fortiorem pro aggressione.

(b) determinationem sius in arbitrio victoris esse affirmat Beyer. c. 12. pos. 39.

aggressore, aut hoste habere ac interficere licet.

1. Nimirum licentiam hanc extendit Hobbesius, et, qui ad gentes Philosophiam eius applicauit, Gundling. in. *Dissert. d. Stat. Nat. Hobbes.*
2. Vires quidem et facultates nocendi hominibus singulis non desunt, sed uoluntas nocendi omnibus in singulis praesumi nequit. Adeoque sola potentia metus iustum causam non praebet, nec metus ius inuadendi et occupandi eum, quem timeas.
3. Nemo est, qui non amicos, nemo, qui non inimicos habeat. Plerique neutri ordini accensendi sunt, quos frustra pro hostibus singulos habeas.
4. Vnus saepe alteri, paucissimi omnibus nocere cupiunt, neque, qui nocendi animum habent, etiam occidendi uoluntatem habent; adeoque iniustum foret alterum ob metum solum, quia homo sit, et nocere possit, praecoccupare et interficere.

*Vsum huius doctrinae in Iure Gentium  
Lib. III. Cap. II. sqq. exponamus.*

## VII.

Imo ne eos quidem, quos scimus male erga nos animatos, occupare et prosternere licitum putamus, nisi certo nobis constet, eos animum hunc non mutasse, nosque periculum uitae aliter non posse declinare.

I. Ita *Scholastici* quidam censuerunt, *Molina*, *Sanctius*, et aliū (c), quorum opinio facilius, quam *Hobbesii* Philosophia, admitti potest, sed et ipsa tamen rectius reiicitur (d). Ius Nat. iubet, tentare reconciliationem, evitare caedes, insidiarum gradus et periculi magnitudinem probe considerare.

## VIII.

Sicuti nec iis consentire possimus, qui innocentes iure interfici existimant, ad evitanda uitae pericula, cum dispar omnino eorum ac aggressorum conditio esse debeat.

I. Qui

(c) *sic* Zigler. p. 190. add. Henniges *ad Grot. L. II.*  
c. I. §. 5.

(d) *Conf. Pufend.* d. offic. l. I. c. 5. §. II. i. Beyer.  
c. 12. pos. 41.

1. Qui dolo malo fugam nostram impedit, et remoratur, eum obrui posse, facile concedo: alia ratio eorum est, qui sine dolo aut culpa nos impediunt, infantum, senum.
  2. Neque enim iuste inter*im*p*otest*, qui iure se defendit, innocentia autem licere uitam contra fugientem tueri, nemo dubitat (*e*):
  3. Dissentientium (*f*) argumenta euincunt quidem in foro humano ueniam dandam esse ei, qui uitam suam hac ratione conservare studuit, sed ad assertandam huiusmodi caedis iustitiam nequaquam sufficiunt.
  4. Atque ex his de aliis casibus facile potest ferri iudicium e. g. *urum in casu necessitatis surripere rem alienam liceat* (*g*)? an *mactare hominem et carne humana vesci* (*h*)?
- ex

(*e*) *Consentiantur Alberti p. 2. c. 3. §. 10. Ofiend. ad. Grot. p. 614. Veltheim. p. 584. Kulpis. l. c. lis. l. p. 32. Felden. p. 98.*

(*f*) *Dissentit Grot. l. 2. c. 1. §. 4. ibique Hennig. Pufendorf. l. 2. c. 6. §. 4. Text. c. 5. n. 9. Thom. l. 2. c. 2. §. 162. Keßn. c. 3. §. 5. Maurit. Diff. d. missa defension. fauore §. 22.*

(*g*) *affirm. Puf. d. O. H. et C. l. 1. c. 5. §. 23. et l. 2. c. 6. §. 5. sqq. Grot. l. 2. c. 2. §. 6. Beyer. c. 12. p. 74. seqq. Negat Alberti p. 2. c. 7. §. 25. Zigler. p. 172. Hennig. p. 370 add c. 6 §. ult.*

(*h*) *uid. Pufendorf. l. 2. c. 6. §. 3. Zigl. ad Grot. l. 2. c. 1. §. 3. p. 188. Beermann. c. 9. §. 11. Scharrock. d. offic. c. 3. §. 11. Beyer. c. 12. p. 66. sqq.*

*ex scapha euicere aliquos seruandorum reliquorum causa (i) etc. etc. quales cum lauit Pufend. d. Iur. N. et Gent. Lib. II. c. 6. et d. offic. l. i. c. 5. §. 20: sqq. Thomas. Iur. prud. diu. l. II. c. 2.*

## CAP. VI.

### DE COMMODIS ET INCOMMODIS STATVS NATVRALIS AC ORIGINE PROPRIETATIS ET IMPERII.

#### I.

**A**Tque ex his facile intelligi potest, quae fuerit ratio, cur homines hunc statum naturalem cum ciuili commutauerint, cur in communionis locum proprietas concesserit, ac ex aequalitate prima seruitutes, dominia, imperia fuerint orta, cum pertaeserint incommodorum, quae pristinam conditionem sequabantur, homines de noua uiuendi ratione inciperent cogitare.

i. Du-

(i) *aid. Pufend. l. 2. c. 6. §. 3. Thomas. l. 2. c. 2. §. 16. i. Zieg. ad Grot. l. 2. c. 1. §. 3.*

1. Duplex omni tempore hominum genus extitit proborum et improborum, utriusque, ex diuersis licet causis, status naturalis pertaesi, mutationem eius appetuisse uidentur.

## II.

Scilicet habet quidem sua hic status commoda, sed grauioribus idem molestiis premitur. Dulce est nomen libertatis, sui esse arbitrii, neminem uitiae factorumque suorum agnoscere iudicem; sed haec ipsa libertas, dum improbis fraena laxat in quaevis ruendi facinora, tot periculis calamitatibusque uitam fortunasque nostras exponit, ut satius sit, cum libertatis iactura securitatem corporis redimere.

1. Nemo natura seruitutem appetit, impotente nec ciuitatis onera quisquam per se sponte subit, ut frustra sint, qui homines ideo, quod animalia sint politica, in Respubl. coiisse credunt. conf. *Aristot. Polit. I. I. c. 3.*
2. Libertatis pretium inter omnes omni tempore fuit maximum, ut dubium non sit,

sit, quin status libertatis conditioni ciuium praeferri debeat, si tuta et tranquilla libertas sit, et bonus inter bonos uerseris.

3. Habet tamen et libertas sua incommoda, ciuitas commoda sua habet, ex quibus maximum est securitas, eaque sola facile cetera omnia uincit.

### III.

Communionis emolumenta non sunt exigua, ubique deprehendere, quod tuum sit, omnibus rebus tanquam communi patrimonio posse frui: sed sicuti raro communio sine rixa est; ita aemulatio, ignavia et auaritia hunc statum non parum turbant et confundunt.

1. Nemo fere mortalium communionis commoda aequo animo aestimat, proprietatem plerique cupiunt: inde coheredum ad divisionem prouocationes, et herciscundae familiae desiderium.
2. *Ambitiosi* proprietatem appetunt non propter se, sed ut dominia, imperia, honores, dignitates consequantur; iidem in re com-

communi plus sibi, quam aliis, attribuunt. *Voluptatibus dediti* communionem aequiore animo ferunt, sed ob ignorantiam, et incuriam reliquis sunt intolerabiles. *Avari* uero etiam cum damno suo proprietatem cupiunt, et communionem prorsus auer-  
santur.

## IV.

Imo sicut ambitio et imperandi libido aequalitatem naturalem euertit; ita habendi cupiditas proprietatis appetitum plerisque indit, ut fere antiquiora dominia rerum, quam iura imperiorum esse persuadeamur.

1. Non eadem omnium imperiorum origo: ex his, quae prima fuerunt, alia per violenciam, alia libera quidem uoluntate, sed ex metu tamen pleraque constituta uidentur.
2. Dominium et seruitutem, antequam imperia conderentur, iam inualuisse probabile est, fueruntque prima, si conjiceret quicquam licet, non adeo magna imperia.
3. Proprietas quoque citius communionem, quam imperium libertatem inuasit, ut  
F  
(GRIBN. I. N.)

pene ab initio mundi in certarum rerum proprietatem consensisse homines videantur.

## V.

Sed de ortu Rerump. liber II. dispiciet, proprietatis initia hoc loco indagare iuuabit, ut appareat, quomodo a primaeua communione mortales recesserint. Fidem et probabilitatem excedunt, quae de diuisione totius orbis terrarum nonnulli tradunt, nec in sola occupatione iustum praesidium inueniri potest, sicuti *Belgae quoque Clarissimi* sententia dubiis non caret, qui sola lege ciuili dominia introducta contendit.

1. Communionem primaeuam fuisse certum est, qua ratione, et quando ea desierit incertissimum: neque tamen id hypothesis de communione primaeua quicquam detrahit, eutn dominiorum aequa sit incerta historia.

2. *Diuisio* iustissimus est tollendi communione modus, nec tamen probabile est, uniuersum

uersum terrarum orbem ab initio per eam distributam fuisse (c), cum non necessaria, et fere impossibilis, fuerit totius mundi inter paucos diuisio.

(C) Quae Cedreni aliorumque est fabula.

3. Occupatio non tribuit iustum titulum rem communem sibi vindicandi (a), nisi reliquorum consensus aut expressus, aut faltim tacitus, accedat; multo minus uoluntas et conatus rem occupandi, quae Tui (b) est opinio, ius in eam tribuit.
4. Neque *Bynckershoeckii* (c) hypothesis tollendis difficultatibus sufficit, qui ex lege ciuili repetenda dominia contendit; hac enim admissa consequitur, Respublicas, cum quibus nobis nullum foedus est, communionem primaeuam nunc quoque urgere posse, nec dominium alterius reipubl. agnoscere teneri (d).

F 2

VI.

- (a) *Diff. Hennig. ad Grot. l. 2. c. 2. §. 2.* et fere quos aus *Iustiniani Philosophiam de modis acquirendi rerum dominia sequuntur*, aus *communionem negotiorum tenuentur. conf. Thomas. fundum. l. 2. c. 10. §. 7. Puf. d. Off. l. 1. c. 12. §. 6.*
- (b) *Diff. de dominio in reb. occupat. ultra poss. durante. §. 18. seqq. add. eund. ad Lauterb. Obs. 1010 p. 670. conf. disp. negr. de eo, quod iustum est circa ferme en cypod. dilaps. c. 1. §. 4.*
- (c) *d. dom. mar. c. 1. p. 3.*
- (d) *quod non obsecare concedit. Vir Clariss. p. 5.*

## VI.

Supereft ergo, ut ex pactis proprietatis origines deriuemus, non uniuersalibus a toto genere humano initis, sed particularibus, quibus cum proximis quibusuis de duratura *etiam* post amissam possessionem proprietate possidentes conuenerunt; nam a remotioribus minus erat periculi. Fateor tamen, haec pacta nec cum omnibus inita, nec omnes res esse complexa, cum peditentim proprietas communio nem inuaserit, multis rebus primo relictis in medio, usque dum per uim ab improbis, per pacta ac conventiones ab aliis, per leges denique ab imperantibus ea fere prorsus effet sublata.

1. Sententia *Pufendorffii* (e) est, uniuersum humanum genus pactum iniisse, ut quod quisque occuparet, sibi retineret. Id merito pro figmento habet *Illustris Bynkershoeckius*

(e) *Puf. l. 4. c. 4. §. 6. et al. Off. l. 1. c. 12. §. 2.*

*ckius (f), cum ne tacitum quidem eiusmodi pactum ab initio interuenisse presumi possit.*

2. *Pacta particularia ab initio intercessisse, negari nequit, tacito consensu alia, alia etiam dominia ui, non iure, constituta fuerunt (g).*

## VII.

*Quid uero iuris naturalis sit circa dominia extra ciuitatem, non difficile est intellectu: Permittere cuius liberam de rebus suis disponendi uoluntatem: res non possessas aequae, ac si possiderentur, pristino domino relinquere: a furtis et inuasionibus abstinere: pacta sancte et inuiolate seruare.*

1. *Quemlibet iuri suo posse renunciare palam est, et frustra urget ius pristinum, qui semel id dereliquit; adeoque impugnari dominia nequeunt, ex quo semel sunt introducta.*

F. 3

2. Com-

(f) Bynkersh. J. c. p. 3. add. disp. de feris ex cibis dilaps c. 1. §. 3.

(g) Seneca in Orau. deterior actas, Partita fines etc.

2. Communionem non quidem uniuersalem illam primaeuam, particularem tamen, reduci posse, indubitatum est: quamuis uix expediatur, eam denuo admittere, in primis in Republ. uniuersa.

*Dicitur de communione Platonica (b), et primorum Christianorum. De communione inter coniuges, socios.*

3. In casu necessitatis redditum ad communionem cuius patere, nonnulli contendunt, eoque praesidio utuntur ad excusandum furtum, ex necessitate commissum (i); sed hoc praetextu non opus est (k), ut adeo fictione illa commode carere possimus.

## CAP. VII.

### DE IVRIS NATVRAE PRAECEPTIS CIRCA SERMONEM, PACTA ET IVRAMENTA.

#### I.

**E**xposuimus haetenus conditio-  
nem primaeuam mortalium, ac  
sta-

(b) *vid. Arist. Pol. I. 2. c. 3.*

(i) *Grot. I. 2. c. 2. §. 6.*

(k) *vid. Kulpif. p. 39. lib. 5. lit. c. Beyer. c. 12. pos. 99. sq.*

statum naturalis libertatis, tum iura quoque et officia, quibus uniuersi et singuli sibi inuicem tenentur; nunc, dum ad specialia siue hypothetica officia pergimus, quae extra ciuitatem quoque locum habuerunt, quid circa *sermonem, conventiones et iuramenta hominum iustum* sit, praemittendum videtur, cum et status naturalis absolute consideratus, et speciales conditio-nes, de quibus infra agetur, ubique pacta presupponant aut complectantur.

1. Officia haec absoluta et hypothetica dici possunt: *absoluta*, quia etiam in statu mere naturali obtinuerunt: *hypothetica*, quia non erga omnes, sed tantum eos, cum quibus loquimur et paciscimur, occupantur.
2. Non omnis obligatio ex pacto est. Hypotheticae tamen pleraque *per pacta* constituuntur. Quae pacto nituntur, pacto contrario pleraque dissolui possunt.

## II.

De origine sermonis et lingua-  
rum hoc loco parum sumus solicii.  
Obligationem potius circa sermo-  
nem paucis considerabimus, quae  
huc, ni fallor, omnis redit, ut sermo-  
ne nostro cultum et pietatem erga  
Deum declaremus, commoda no-  
stra promoueamus, alios adiuue-  
mus, nemini damnum inferamus.

1. Vtrum linguae ex arbitrio hominum, an  
ex uoluntate et impositione diuina, origi-  
nem habeant, ex reuelatione facilius, quam  
ex ratione aut historia profana, colligere  
possimus (a).
2. Obligatio sermocinantium et paciscen-  
tium non debet confundi: illam alteri prae-  
mittimus, secus a *Pufendorffio*, *Thamasio*,  
aliisque factum est, quia pacta sermonem  
praestruere uidentur.

## 3. Non

(a) Prius affirmat Hobbes. *Leviatb.* c. 4. i. *Genes.* II.  
*comm.* 19. Simon. *Crit. Vet.* *Trist.* l. 1. c. 14. sq. poste-  
rius plerique. Vid. Puf. l. 4. p. 1. §. 3. add. Horat. l. 1.  
*Sarm.* g. n. 105. Gell. l. 10. c. 4. Diod. Sicul. l. 1. c. 8.

3. Non opus circa sermonem nouis praeceptis est, sed generales regulae de officiis erga Deum, nosmet ipsos, et proximum, etiam hic locum habent.
4. Officia ergo, quibus Diuino Numini obstringimur, exigunt, ut *de Deo* pie et reuerenter loquamur (*b*): *Sibi* homo ad tempestivum silentium sermonemque obstringitur: *Alius* loquendo tacendoque sciens uolensque non nocebit; imo prodebet, si sine detimento proprio id possit fieri, studebit.

### III.

Atque ex his principiis facile resolues quaestiones, quae alias in utramque partem solent disceptari:  
*Vtrum omne falsiloquium sit illicitum?* *An quis possit uocabulis alio sensu uti, ac communis loquendi fert ratio?* *Vtrum quis contra propria commoda ueritatem profiteri teneatur?*

I. Notas sunt controversiae de moralitate falsiloquii, simulationis et dissimulationis.

F 5

Sunt,

(*b*) uid. qui hoc argumentum plene persequitur, *Titum, Diff. d. Offic. sermocinatum S. 30. seqq.*

Sunt, qui omne falsiloquium illicitum existimant (*c*); sunt, qui tantum non omnne indifferens et licitum esse censem (*d*).

**2.** Interdum falsiloquium non tantum licitum est, sed etiam officiosum, necessarium (*dd*), interdum tantum innoxium: contra ueritatem quoque dicere aliquando noxiuum est, adeoque illicitum.

**3.** Quoties nec nocet, nec prodest falsiloquium, non quidem iniustum est, in honestum tamen et indecorum. Imo et iniustum, si pacto, eoque vel tacito, nos uera dicturos promiserimus, quale tamen in omni sermone subesse non dixerim (*e*).

**4.** Hostem quo minus fallere liceat simulatione et dissimulatione, nihil prohibet; sed si pactum cum eo ineas, omnis dolus abesse debet.

**5.** Vocibus alium sensum tribuere, quam quod vulgo obtinet, aliquando illicitum est, plerumque ineptum (*ee*), quandoque tamen iustum, licitum et adiaphorum.

**6.** Si-

(*c*) Hornbeck. Placette, Pictetus, aliique, quos commemorat Abicht. *de mendacii bonitate et malitia* §. 18. sqq. add. Wernher. *de moralitate simulationis et dissimulationis*.

(*d*) u. Lips. *L. V. Pol.* c. 13. sifq. Grot. *I. 3. c. 1. §. 7.* sqq. add. eiusd. *Ep.* 218.

(*dd*) exempli gratia, si res sit cum infante, irato, aegroto.

(*e*) u. Cundling. *c. 12.* §. 14.

(*ee*) nascuntur enim inde logomachiae, de quibus vid. Werensell. et Lysatum.

6. Silentio aequa ac sermone nostro aliis prodesse possumus, et debemus.

*Vixum delicti reus sponte id confiteri teneatur? Vixum a iudice quaesitus salua conscientia negare crimen quea. (f)?*

## IV.

Circa pacta, sub quibus omnes conuentiones, promissiones et contractus complecti liceat, ius naturae praecipit, *consensum semel præstatum non posse reuocari*; si modo et personae bables, et de re licita, voluntatem suam inuicem satis declarauerint.

1. Pacta et contractus naturaliter haud differunt, ut frustra *Grotius* et *Pufendorffius* sint, qui naturale hic discriminem quaerunt (g). Ad Rom. Iuris subtilitates pertinet haec diuisio, quae hodie forte exiguum habet usum. conf. *Brenneissen*, de inutilibus pactorum diuisionibus.

## 2. Per-

(f) neg. *Pufend.* l. 4 c. 1. §. 20. sq. *Thomas. fund.* p. 162. affirm. *Tit.* l. c. §. 49. *Thomas. Iurisp. diu.* l. 2. c. 8. §. 85. *sqq. add.* *Gundling. c. 15. §. 15.*

(g) *Grot. l. 2. c. 12. §. 1. Pufend. d. I. N. et Gent. l. 5. c. 5. §. 4. i. Hobb. d. Civ. c. 2. §. 2.*

2. Perinde subdivisiones pactorum in nuda et non nuda ad Iurisprudentiam Nat. non pertinent; nam ea, omnia pacta subsistere, docet, quae uero et pleno consensu sunt inita (b).
3. Non obligantur ex pacto, nisi qui consentiunt, et consentire possunt, i.e. negotium, de quo agitur, intelligunt: itaque *infantes* et *ebrii* pacisci nequeunt, *foeminae* et *minores* possunt, adeoque Iur. Nat. ualidi sunt illorum contractus (i).
4. Neque restitui contra eos *in integrum* possunt, nam *restitutio* *in integrum* figmentum Iuris Rom. est, quo negotia, quae ualida sunt, resciandi non debent, quae nulla sunt, ad ea euertenda hoc praesidio ne opus quidem est (k).
5. *Iliciti facti* nulla est promissio; sed quae intuitu turpis facinoris facta est promissio, eam perpetrato scelere promittentem obstringere, Grotius contendit (l), negat

(b) u. Grot. l. 2. c. II. §. 1. sqq. ubi aduersus Connatum differit. add. Kulpis. *ad eund. p. 76.* et Bodini *Vindicta poeni* *nudi*.

(i) si scil. intelligunt, quod agant. uid. Kulpis. p. 77. lit. f. Vitriar. p. 217.

(k) Grot. l. 2. c. II. n. 1. l. 3. c. II. n. 3. conf. tamen Mencken. *Concord. Iur. Nas. D. 3. lib. ult.* add. G. L. Mencken. *Diss. de sequitate Legum Rom. circa restitucionem in integrum ob metum.*

(l) l. 2. c. IX. §. 9:

gat *Pufendorffius* (*m*) aliique (*n*). *Grotium* nouissime vindicauit *Bodinus* (*o*). Id facile dederim, quod datum est ob turpem causam, ea secuta, repeti non posse.

6. Promissio rei impossibilis quoque inanis est, si ab initio, et per se, talis fuerit; secus est, si superueniens sit, et dolo, uel culpa promittentis, impossibilitas contracta. Vnde hoc casu promissor tenetur ad id, quod interest, aliquando etiam ad curam ei conatum e. g. in promissione facti alieni (*p*).

## V.

Sed et haec mutua uoluntatis declaratio libera esse debet, non coacta, unde ius naturae pactis metu extortis uim denegat. Idem dolo deceptis a pacto recedendi facit licentiam; si modo ipsorum contrahentium factum illicitum intercesserit: error uero solus hoc iure ad

re-

(*m*) *I. 3. c. 7. §. 8. et d. offic. I. 1. c. 9. §. 18.*

(*n*) *Zigler*, *Osiand*, *Kulpis* ad *Grot. I. c. Mencken.*

*Contr. Iur. Nat. Diff. 2. tb. 6.*

(*o*) *Diff. de conditione surpi impleta.*

(*p*) *Hobbel. c. 2. §. 14. add. Puf. I. 3. c. 7.*

rescindendam conuentionem non sufficit.

1. Frustra sunt, qui promissiones metu extortas ualidas iudicant, et promittentem per eas obstringi, eum autem, qui uim intulit, ius exigendi non habere, sed obligationem remittere teneri, contendunt (*q*). Verius est, iur. nat. pactum huiusmodi nullum esse. Quodsi iusiurandum accedat, per id pactum corroborari, negat *Pufendorffius* (*r*), sed satius est, aut non iurare, aut iuriurando satisfacere (*s*).

*An obligatio ex buiusmodi iuremento transeat ad haeredem.*

2. Ceterum, quae diximus, pertinent ad uim iniustum. Nam si uis iusta sit, ex promissione sua promissor omnino obstringitur: Sed et metus reuerentialis negotium non reddit inualidum: metum quoque vanum *LL. Rom.* excipiunt, sed ius nat. plus hic formidolosis indulget.
3. Metum bellicum pro iusto haberri, communis est sententia, quam utilitas gentium tuetur, cum alias quaevis pacta, et foede-

(*q*) *#. Kulpis.* p. 77. *lit. I.* et quos ille allegauit, quorum Philosophia rediicit subtilitates *Iur. Roman.*

(*r*) *Pufend. I. 4. c. 2. §. 8.*

(*s*) *Grot. I. 2. c. 13. §. 4. Kulpis. p. 87. lit. I. Zigler. p. 364. Cf. *Brand.* p. 990. Mencken, *disp. 2. II. 10.**

foedera, belli tempore inita, in dubium facile vocari possint (z).

4. Dolus quoque, ab uno contrahentium adhibitus, ius recedendi a contractu alteri tribuit. Distinctiones vulgares, inter dolum causam dantem contractui, et superuenientem, alterius fori sunt, non naturalis aequitatis. Sane, si tertius nos deceperit, contractui id non detrahit, sed decipiens eo nomine nobis tenetur.

5. Errorem obligationem nullam reddere, haud pauci (u) statuunt, sed sine idonea ratione: imprudentia enim unius ex contrahentibus alteri nocere non debet: Honeste tamen agit, qui alterum ab obligatione liberat, si errore se ad contrahendum adductum queratur. Quodsi dolus errori causam dederit, aut error mutuus fuerit, facile dederim, nihil actum censi.

*Huc pertinet dolus ex re, quem ICii vocant.*

## VI.

Ob inaequalitatem, siue deterioriem alterius partis conditionem,  
con-

(v) vid. Gundling. *d. efficient. met. c. 2. §. 13. sqq. add.*  
Tit. ad Puf. b. 1.

(u) vid. Gröt. *k'z. c. 11. n. 6. Paf. l. 3. c. 6. §. 6.*

contractum rescindi posse, I. N. interpres non pauci statuunt, quod LL. Romanae non, nisi ob immodi-  
cam et enormem laesione, permit-  
tunt. Nobis ob incertam pretii ra-  
tionem, uariamque rerum aestima-  
tionem, liberam contrahentium  
uoluntatem, et pactorum fidem,  
non uidetur haec iusta esse a con-  
uentione recedendi causa.

2. Frustra a *Grotio* (x) aliisque afferitur, natu-  
ram in omnibus conuentionibus, quae per-  
mutationem continent, aequalitatem exige-  
re, cum consensus in pactum inaequale non  
minus valeat, ac si aequalis contrahentium  
sit conditio. Discepratio ergo inanis est, ut  
rum ad rescindendum contractum laesio  
leuis, an grauis, an ea demum, quae ultra  
dimidium est, sufficiat; cum ne haec qui-  
dem iusta a pacto recedendi causa sit (y).
2. Praxin huius sententiae inter gentes a-  
gnoscunt *Grotius* et *Kulpinus* (z), qui male  
ad

(x) *Grot.* l. 2. c. 12. n. 8. *Vitr.* p. 245. *Puf.* l. 5. c. 3. §. 1.

(y) *Conf.* *Kestner.* c. 5. §. 1. *Thomas.* d. *aequitate cerebri-*

*na legis* 2. C. d. *resc. uend.*

(z) *Grot.* l. c. 12. 26. *Kulpis* p. 81. *Hf.* I.

ad Jus Gent. referunt, quod Iuri Nat. satis conuenit. Potest enim quilibet, quod uult, constituere reisuae pretium, et quam carissime eam uendere uel permutare, cum invitus eam distrahere non teneatur, et incertissima sint rerum in primis extra Remp. preia.

## VII.

Excutiendae iam erant diuisiones pactorum, contractuum, quas aut ex subtilitatibus iuris Romani transferunt, aut ingeniose excogitatas hoc loco proponunt *Grotius*, *Pufendorffius* aliique naturalis Iuris consulti, tum singulorum quoque pactorum, et contractuum iura ex principiis naturalibus tradenda; sed commodius nobis haec ad *Lib. IV.* reiici posse uidentur, in quo Romanorum circa contractus et pacta philosophiam cum naturali ratione conferre est animus, in primis, cum paucissima conuentionum genera in statu naturali locum habuerint, quaedam demum post imperia et

G

ciui-

(GRIBN. I. N.)

civitates constitutas, pleraque post dominia et proprietatem inualerint.

1. Ita divisiones in pacta nuda et non nuda, contractus nominatos et innominatos, reales itidem, uerbales, literales et consensuales, bonaे fidei et stricti iuris, ad subtilitates Romanas pertinent, quae forte ne in foro quidem amplius, in Iure N. et Gent. certe nullum, usum habent (*a*).
2. Minus recte ergo, mea sententia, *Guil. Grotius*, eiusdemue continuator, exscripsit hoc in argumento Iuris priuati Doctores (*b*), quem *Eisenhartus* est secutus (*c*), qui Romani et Naturalis Iuris non minus placita confundit. *Kulpisus* quoque non persuaderet, planiores esse ICrorum divisiones contractuum, quam quas *Grotius* l. 2. c. 12. adhibuit (*d*), quamuis ille quoque non satis perspicue hanc materiam tractauerit.
3. Propius ad naturalem rationem accedunt divisiones in contractus unilaterales et bilaterales.

(*a*) *u. Brenneisen. Diff. de inutilibus pactorum divisionibus.*

(*b*) *Enchirid. c. 16. sqq.*

(*c*) *c. XV. membr. 5.*

(*d*) *Coll. Grot. p. 79.*

bilaterales, aut, ut *Grotius* maluit (*e*), in beneficos et permutatorios.

4. Diuisio etiam contractum in contractus Iuris Gent. et Iuris Ciuilis satis bene se habet, sed minus accurata est circa eam Romanorum I<sup>C</sup>torum Philosophia. Quod huius loci non est persequi, alibi exponitur ex instituto.

5. Quae uero circa singulos contractus occurserunt controuersiae, eas ad Libr. IV. reiiciimus (*f*), hic tantum obseruamus, unum genus paciscendi antiquius esse altero: ita permutatio antiquior, quam uenditio, diuisio prior utraque. Quaedam genera conuentionum extra statum imperii et proprietatis, etiam in ipsa communione et aequalitate naturali, locum habere potuerunt, e. g. mandatum, operarum mutuae praestationes; quaedam imperia praeponunt, ut in quibus pecunia interuenit; plurimae proprietatem, ut reales, quos Romani uocant, contractus, et ceteri plerique.

## G 2

## VIII.

(e) d. L. 2. c. 12.

(f) Vide sis praeter Pufendorff. et Commentat. Grotianae; Kestner. c. V. Texior. c. 13. Budd. c. XI. Hedding. p. 2. Sec. 3. tit. 26. §99.

## VIII.

Solet sermoni pactisque nostris aliquando sanctius iurisiurandi vinculum accedere, quo fidem facimus iis, qui assertioni vel promissioni nostrae non confidunt, diuino Numinе in testimonium aduocato. Cuiusmodi asseverationes religiosas uti ius naturae non improbat; ita temerarium iuramentorum abusum et periuria damnat. Idem non patitur, aequiuoco sensu, aut reservatione mentali, alterum decipi, sed omnem hic simulationem ac dolum procul abesse iubet.

i. Iuramenta naturaliter non sunt illicita<sup>(g)</sup>, quamvis nec omnino necessaria<sup>(b)</sup>: non temere, nec sine causa ea praestanda essem, facile dederim, neque tamen, omnia voluntaria prohibita, censeri posse, puto, ne iure Diuino positio quidem, quamvis alter nouissime sentire videatur I. S. Stryk<sup>(i)</sup>.

2. Per

(g) Thomas, Ipr. Diu. b. 2. c. 9. §. 4. sq.

(b) Gundling, c. 16. §. 2.

(i) in Diff. de eo, quod iuramentum est circa iuramento extrajudiciale.

2. Per iuramentum non constituitur obligatio, sed confirmatur (*k*), nisi casus excipias, ubi obligatio inualida per iuriurandum conualecit; qui iuris sunt positivi (*l*). Iure Nat. uix est, ut per iuramentum pacta inualida confirmantur, uid. tamen *s. seq.* Discernenda hic sunt principia iusti et honesti.
3. Officia iurantium et ad religionem naturalem, et ad obligationem hominum inter se, pertinent.
4. Qui contrahere nequeunt, illi nec ex iurando obligantur.
5. Omnis reseruatio mentalis in iuramentis illicita est (*m*), in sermone non semper.
6. Iurata pacta perinde explicari fas est, ut alia, secundum regulas interpretandi. Itaque non existimauerim strictae interpretationis iuramenta esse (*n*); dubito etiam, an uerum sit, quod uulgo traditur, eo sensu id praestitum intelligi, quo ab altero delatum est (*o*), in

G 3

pri.

(*k*) Hobbes. c. 2. §. 22. Pufend. offic. l. 1. c. II. §. 6.

(*l*) ita Ius Canonicum minorum contractus, donationes inter coinges etc. acedentes iuramento sustiner, quod regulis utilitatis publicae prorsus repugnat.

(*m*) uid. Muller. diss. d. moralitate reservationum mentalis, in iuramentis.

(*n*) Puf. d. offic. l. 1. c. XI. §. 8. Wernh. c. 13. §. 10. iung. Kulpis p. 86. lit. b.

(*o*) Puf. l. c. §. 9. Wernh. c. 13. §. 8. Kulpis. l. o. lit. f.

primis si alter sensum suum non satis lucu-  
lenter declarauerit.

## IX.

**Quoniam uero praestito iuramen-**  
**to non tantum quid ei, qui id a nobis**  
**exigit, debeamus, expendendum,**  
**sed officii et pietatis nostrae erga**  
**Deum quoque ratio habenda est:**  
**ideo potiorem eorum existimamus**  
**sententiam, qui metu quoque extor-**  
**ta iuramenta seruari uolunt. Imo**  
**uidemus dolo etiam ad iurandum**  
**inductos ob religionem pactis ste-**  
**tisse, licet ob singularem alterius**  
**partis malitiam, in primis in ciuita-**  
**tibus, huiusmodi iuramenta minus**  
**valida plerumque habeantur.**

1. **Supra monitum, officia sermocinantur ex**  
**praeceptis generalibus de cultu Dei, et**  
**obligatione erga se proximumque fluere.**  
**Officia igitur erga Deum postulant, ut ne**  
**iuremus facile, et, si iurauerimus, promissis**  
**stemus. Quo pertinet regula Iuris Cano-**  
**nici : *Omnia iuramenta esse seruanda,***  
*quae*

quae salua conscientia possunt seruari, quam frustra solicitant quidam ICti (p), quamvis facile largiar lege publica huiusmodi iuramenta inqualida declarari posse.

2. Ex hoc consequitur, quod antea §. 5. dixi, rectius etiam agere, qui latroni praestitum iuramentum seruet, modo nihil illiciti contineat promissio; alias enim nec iuramentum ei uim praestare poterit.

3. Neque obstat, latroni non competere ius exigendi, quo Pufendorfius, et dissentientes (q) ceteri argumento utuntur. Nam, licet illi non obligemur, pietas tamen in Deum postulat (r) promisso satisfacere, neque patitur iurisurandi praesidio eludere uim, licet iniustum.

4. Si dolus causam dederit iuriurando, atque id, quod alter simulauit aut dissimulauit, conditionis instar fuit, non uideatur iuramentum habere uim obligandi (s). Quale est, quod Gibeonitis praestitum fuerat, licet Iudei id quoque seruauerint (t).

G 4

5. De

(p) Thomas fundam. l. 2. c. 9. §. 9. sq. Gundling c. 18. §. 12. Ludou. Disp. ad hoc brocardicon.

(q) Gundling. c. 16. §. 15.

(r) uid. cit. prae c. V. lit. c. conf. Gundling. c. 16. §. 14.

(s) Consentient comm. Grot. l. 2. c. 13. §. 4. uid. tamen Bach. ad Tr. V. I. Diff. II. sb. 10. lit. a.

(t) Vid. de hoc iuramento Kulpis. p. 87. lit. k. et quos ille excitavit.

5. De eo, quod ex errore praestitum est, quid sentiendum sit, patet ex iis, quae de efficacia erroris circa pacta antea dixi.

6. Relaxationes juramentorum Ius Naturale ignorat, neque tamen ideo ille Juri Nat. repugnat; Ius hoc Principi competit, apud Ebraeos olim etiam parenti, marito, domino, quodammodo competebat (u).

7. Itaque et Princeps prohibere potest, ne iurando, quod latroni praestitum est, satisfiat, ne ei solvatur, cui iurato promissa est solutio etc. Pactis enim etiam iurari*s* ciuium ea conditio inest, nisi Legislator pactum improbet, et promissa ueret praestare (x).

## X.

Ceterum officia erga Deum quoque prohibent, ne per alienos Deos iuremus, imo uix permittunt, ut *iuramentum* ab aliis per falsos Deos praestandum exigamus. An et, ne per alias res iuremus, quam personam Deum, exigant, inter Doctores disceptatur. Nobis aequiuocatio-ne

(u) *conf. Kemmerichii de hoc argument. disp.*

(x) *uid. Kulpis. §. 5. p. 89.*

ne sublata nullus uidetur ea de re esse dissensus: Sicuti, et quae de iuramento Athei, et de promissione loco iuramenti facta, mouentur quæstiones, facile possunt resolui.

1. Per alios Deos iurare aut idololatricum est, aut temerarium, aut ineptum.
2. Iuramenta per falsos Deos praestanda, exigi ab eo, qui illos cotit, posse, haud pauci contendunt (*y*), non tamen satis probant.

*Dicitam de iureiurando Labani, et de iureiurando Iudeorum.*

3. Juramenta, quae non per Deum fiunt, sed per res alias, seriae asseuerationes magis sunt, quam iuramentum proprium, aliquando tamen implicite iusiurandum continent (*z*).

*Dictum de iuramento per salutem Principis. (zz), per Angelos, per sanctos, per euangelium, per animam, et de execrationibus.*

G 5

4. Iu.

(y) Beyer. c. 18. pos. 38. Gundling. c. 16. §. 9. Schwerter. *Diff. de iuramento per falsos Deos.*

(z) Puf. l. 4. c. 2. §. 3. Beyer. c. 18. pos. 13. *sqq.*

(zz) vid. Orton. *Diff. de hoc arguendo.*

4. *Iuramentum Athei* uerum *iuramentum esse*, negare uidetur *Hobbes* (*a*), ait *Textor* (*b*), dubitat *Kulpinus* (*c*). Proprie periurus is uix dici potest, poterit tamen tanquam periurus puniri.
5. Promissio loco *iuramenti* facta uim obligandi perinde habet (*d*), poena tamen periturii LL. humanis non coërcentur, qui huiusmodi uiolant promissionem.

## CAP. VIII.

### DE SOCIETATE ET OFFICIO CONIVGALL.

#### I.

**I**nter officia hypothetica, quae ex certa conditione oriuntur, et non omnibus, sed quibusdam tantum debentur, primo loco occurruunt ea, quibus coniuges sibi inuicem tenentur. Coniugium uero, si natu-

(*a*) *d. Cis. c. 2. §. 21.*

(*b*) *S. I. G. c. 7. n. 13. sqq.*

(*c*) *p. 88. lit. r.*

(*d*) *Beyer. p. 31. sqq.*

rali iure rem aestimes, est conuen-tio maris et foeminae de cohabita-tione mutua ad procreandam fo-bolem.

1. Merito inter hypothetica officia primo loco ponuntur, quae cum ipso genere humano coegerunt. Quare hoc caput sequenti de Iure Parent. ac Liberor. praemissimus, secus arque ab aliis factum esse uidemus (*a*).

2. Nulla officia difficultius ex iure Nat. demon-strari possunt, quam quae ad hoc caput per-tinent, et pleraque principia uniuersalia, quae vulgo afferuntur, hic fere uim suam perdunt (*b*).

3. Fines Iuris Nat. et Positiui Vniuersalis hic probe discernendi sunt: neque enim alia in parte plures, quam in hac, leges Positiuae, eaedemque Vniuersales, occurrunt (*c*).

4. Definitiones matrimonii ab aliis allatas commemmorare, et expendere, nihil attinet; nota est *Iustinianea* (*d*) et *Graeca* (*e*)

Com-

(*a*) Grot. *l. 2. c. 5.* aliisque passim.

(*b*) uid. omnino Thomasii *Diss. d. insuffic. fundam. decid. causas matrim.*

(*c*) *Diss. Thomas. fund. p. 181. §. 3.*

(*d*) §. 1. *Infl. d. Patr. pot.*

(*e*) Grot. *l. 2. c. 5. §. 8.*

Commentatoribus passim improbata (*f*):  
utraque egreditur terminos Juris Nat.

## II.

**A**d huiusmodi conuentionem, ut  
in omni pacto, consensus persona-  
rum contrahentium requiritur liber  
et spontaneus, accedente etiam pa-  
rentum, si qui adsint, uoluntate, qui-  
bus tamen uti sine ratione dissentire  
non licet, ita matrimonium, ipsis in-  
uitis initum, non est naturali iure  
nullum.

1. Singulos homines ad matrimonium obli-  
gari, ex hypothesi de socialitate, et proposi-  
tionibus *Sibrandi* in primis, fluit (*g*). Verius  
est, legem naturalem matrimonia non im-  
perare, saltim non singulis et uniuersis (*h*).

2. Matrimonium autem tantum contrahunt,  
qui habiles sunt ad generandum, cum ge-  
neratio

(*f*) uid. Kulpis. p. 55. lib. i. Boecler. Osland. Hemig.  
Zigl. Felden. ad d. §. 8.

(*g*) uid. Puf. l. 2. c. 2. §. 3. Thomas. Ipr. diu. l. 3. c. 2. §.  
52. Wernh. c. 17. §. 7. add. Horn. de subiecto Iur. Nas.  
c. 10. §. 3.

(*h*) conf. Beyer. c. 26. p. 16.

neratio sobolis Iure potissimum Nat. primarius et fere unicus coniugii finis sit.

3. Coniugium accipitur uel de pacto, uel de consummatione matrimonii, et de statu coniugum.

4. Pactum, ut aliae conventiones, si metu extortum, aut dolo elicium sit, nullum est; error, ut alios contractus, ira huic quoque non uitiat, nisi conditionis instar fuerit: nam conditionata pacta, deficiente conditione, exspirant. Vnde error in uirginitate, iustum a matrimonio recedendi causam praestat, cum tacita haec conditio promissioni huiusmodi subesse videatur, nisi de alia contrahentium intentione constet (*i*).

5. Mutuo consensu sponsalia, imo et matrimonia, solvi possunt; Iure Diuino Positivo matrimonia nequeunt, sponsalia possunt, licet uulgo aliter sentiant.

6. Consensum parentum a liberis in nuptias requiri, aequum et honestum est, non tamen ita Iure Nat. praeceptum, ut nullum sit, quod sine consensu eorum initum est matrimonio.

(*i*) quod si tamen rem ex principiis mere naturalibus aestimes, uix est, ut haec conditio conventioni de sobole procreanda tacite insit. uid. *Gaudling*, C. 25.

nium (*k*), itaque consummatum ob dissensum eorum rescindi nequit iure N., secus LL. Civilibus constitutum est, quae nona sunt contra, sed praeter L. N.

### III.

Sicuti vero natura omnes constituit aequales, ita iure naturali, nisi aliud pacto cautum fuerit, nullum marito in uxorem imperium competit, quod nonnulli etiam ad ius uitiae et necis frustra extendunt. Imo administratio rerum uxorius, ius usufructus, onus alendi, et similia, ex peculiari conuentione, aut lege ciuili, maritis competit, et incumbunt, non ex lege naturae.

1. Plerique interpretes I. N. marito imperium tribuunt in uxorem, sed causas idoneas non afferunt, et circa eas uarie dissentunt.

2. Sola

(*k*) vid Mencken. *disp. II. contr. I.* ibique citat. add. *Diss. nostr. d. ex hered. liberor. ob neglect. consens. parent.*

2. Sola enim potentia, aut naturalis praestantia, frustra hic allegatur (*l*); concessio diuina, quam *Hornius* et *Henniges* (*m*) fundamentum huius potestatis constituunt, pertinet ad positiuam, non ad naturalem, legem. Qui ex consensu imperium hoc reperunt (*n*), concedere uidentur, id non ex Iure Nat., sed ex pacto expresso, aut tacito, ducendum esse.

3. Itaque Iure Nat. aequalis haec est societas, imo nihil obstar, quo minus per pactum imperium uxori deferatur (*o*).

4. Ex lege Dei Positiua maritorum imperium plures, nec sine probabilitate, deriuant (*p*). Id tamen non aequa expeditum est, utrum in statu integratatis id quoque obtinuisse sit (*q*)? an remittere id, et renunciare iuri suo maritus possit? et quo usque potestas haec Iure Diuino sit extendenda?

### 5. Iure

(*l*) uid. Kulpis p. 54. lit. a. add. Pritii Disp. de masculini, et Corn. Agripp. d. foeminini sexus praestantia.

(*m*) Horn. Pol. l. 1. c. 1. §. 6. sq. Hennig. ad Grot. l. 2. c. 5. §. 8.

(*n*) Grot. l. c. ibique Kulpis et Boecler.

(*o*) uid. Huber. Digr. l. 2. c. 3. §. 3.

(*p*) uid. Thom. Ipr. Diu. l. 3. c. 3. §. 35. sq. Budd. c. 13. §. 9.

(*q*) aff. Beermann. Diff. Pol. VII. n. 18. Alb. l. 2. c. 110. §. 21. Osiand. et Kulpis. ad Grot. l. c. negat Thomas. Ipr. Diu. l. c.

5. Jure N. potestas omnis ex pacto a estimanda est, siue tacito, siue expresso. Jure Civili extendi id posse, dubio caret, non facile tamen ad ius uitae et necis, quod ius, frustra sunt, qui etiam jure Naturali, aut Diuino positivo universalis, marito competere censent (*r*), cum illo ne id quidem expeditum sit, an coercendi et castigandi potestas marito attribui possit.

*Diffidum de iure Principum in uxores.*

6. In bona uxorius naturali iure marito nullum ius competit, iraque id omne ex pactis aut LL. Ciuilibus depender (*s*).

IV.

Sed et, ut in perpetuum haec contrahatur societas, ius nat. non exigit; imo in omne uitae tempus contractum matrimonium mutuo consenseru dirimi patitur; unius dissensu non aequa, nisi grauissimae rationes iustam a pacto resiliendi causam expeditent.

L Nota est controversia, quae olim de diuortii licentia inter *Ochinum* et *Beram* est agita-

(*r*) *Diff.* Horn. et Hennig. *I. c. add.* Beermann. *c. 7. §. 15.*

(*s*) *Conf.* Kulpis. *I. c. lit. f. et g.* Kestner. *c. 4. §. 13.*

agitata, quam iterum *Miltonus*, aliquis excitarunt. *Bera* bonam causam non bene vindicat, finibus Iuris Nat. et Vniuersalis Positiui neglectis.

2. Ius Nat. non prohibet matrimonium ad tempus inire (*s*). Itaque nec ei concubinatus repugnat (*u*), quem et LL. Rom. admittunt. Iuri Diuino tamen Positivo eum non conuenire existim, ob sublatam licentiam diuortiorum.

*Dictum de Thomasi et Breithauptii aliorumque de hoc argumento dissertationibus.*

3. Multo minus diuertia Ius Nat. damnat, si mutuo consensu fiant. Vni parti a pacto recedere sine iusta causa non licet. Causae autem iustae Iure Nat. plures sunt, neque dubito, mores intolerabiles inter eas referre. Aequale etiam hic ius est utriusque coniugis, secus ac LL. Ebraeorum et Romanorum. uide tamen Senecam de benef. l. 2. c. 16.

4. Lege Diuina Positiua Vniuersali matrimonium indissoluble est, nec, nisi cum

H  
uita,

(*s*) *Diff. uid. Gundling. c. 25. § 11. sqq.* Titius *diff. de polyg. incest. et diuore. c. 3. Conf. Beyer. c. 26. pos. 41.* Thomas. l. 3. c. 2; §. 100. *sqq. Weber. d. LL. Posit. Vniuers. S. 2. §. 3. p. 58.*

(*u*) *Diff. Gundling. c. 25. §. 15.*

(GRIBN. K.N.)

uita, finitur, ut dubium quoque sit, an non illo iure stuprator stupratam sine exceptione ducere teneatur.

5. Neque diuortii aliam causam admittit *Saluator Matib. 19. u. 9.* quam adulterii (x).

Quae causa an uxori quoque diuertendi licentiam praebeat (y), atque, an consummatio criminis requiratur? tum, an remissio coniugis locum habeat iure Diuino? inter Dd. disceptatur, de quibus quaestzionibus singulis agitur in ipre Diuino Posit. Vniu. (z)

6. Malitiosam desertionem addunt plerique, alii tamen eam non aliter, quam ob presumtionem uiolatae fidei coniugalnis, admittunt (a).

7. Ex quo sequitur, ueneficium attentatum, infidias uitae struetas, mores pessimos et plane intolerabiles, foedum morbum, impotentiam superuenientem, I. D. P. V. diuortio idoneam causam non praestare, et haere-

(x) *Diff.* Ochinus; Seldenus *Vacor Hebr.* t. I. c. 9. Brückner. Gundling. c. 27. §. 15. et *Csi Hallens.* in resp. anno 1714. *scripto.* Boehmerus d. *Iur. princip. circ. diuort.* Mosheim. de causis diuort. *Conf.* Weber. I. c. §. 4. Kulpis l. c. p. 57.

(y) quod negavit olim Bodenstein. *pec. Diff.*

(z) add. *Diff. de intercessi coniug. in delict. carn. in pri- mis in crimen bigam.*

(a) Berger. *Elect. Proc. matriu. tb. 50. sq. et in Philocnl.* Beyer. *ad Inst. d. nupt. pos. 15. lit. m.* adde Wernheri *Diff. de potestate Princip. permissandi auxiliis deserter,*

sin multo minus. (\*) Sed singulas has Controversias hoc loco uix attingere licet, plenius alibi excutiuntur.

(\*) uide tamen Stryck. de ueneficio attentato, et Mosheim. cit. dissert.

## V.

An uero unicum pluribus eodem tempore tale pactum inire Iure N. liceat, siue an simultanea *polygamia* sit licita, olim acriter fuit disputatum. Nisi pactum cum priore femina initum hoc prohibeat, nihil uidetur id impedire, licet de polyanndria aliud dicendum existimemus.

III. Polygamiæ patrocinium olim Bernhardus Ochinus (b), postea Theophilus Aetherus (c), et Daphnaeus Artuanius (d)

H 2 susce-

(b) De quo vid. Sandii biblioth. Anticrinit. p. 5. et Bayle in diction. Obs. Hallens. rom. 4. Obs. 20.

(c) Sub quo nomine latet Ioan. Lyserus. Proditterus *polygamia triumphatrix* cum not. Athanasii Vincentii, Londin. Scapar. si uerum est, quod rubrum tradit, anno 1682.

(d) Laurentium Begetum auctorem esse docet Kulpis. p. 56. et Nicol. Molletus de *Polygam.* c. I. §. 37. Opusculum, quod anno 1679. edidit, inscribitur: *Karte, doch unparteyische, Betrachtung des Heil. Ehestandes.* etc.

sufcepit, quibus plures se opposuerunt, qui frustra tamen ostendere conati sunt, Polygamiam Lege nat. prohiberi (*e*): quamvis nouissime eidem sententiae, quae Polygamiam Iuri Nat. repugnare ait, *Tihius* (*f*), et *Pagenstecher* (*g*), aliquique accesserint (*h*).

2. Imo id quoque uix satis certum puto, monogamiam potiorem esse, quam polygamiam, licet id concedat *Pufendorffius* (*i*). Habet utraque sua commoda et incommoda, neque generarim hic Ius Nat. quicquam definit.

3. De *polyandria* perinde non conueniunt; negauit olim eam repugnare Iuri Nat. *Thomassus* (*k*), plerique contra affirmant (*l*): mihi coniunctio huiusmodi non videatur

(*e*) hoc enim recte negant *Textor*. c. 3. n. 30. sqq. *Beyer*. *Thomas*. in *Ipr. Diuin.* aliique plures, uid. *Kulpis*. p. 46. *Weber*, d. *LL. Posse. Vniuers. S. 2. §. 1.*

(*f*) *Tihius diff. de Polygam. incest. et diuort.* c. 1.

(*g*) *aphor. 29. ad. Iust. l. 1. et Diff. de Iure Nat.* p. 31.

(*h*) In eadem sententia est *Felden*. *ad Grot.* p. 129. *Nicol. Moller*, *de polygam. conf.* *Osiand.* *ad Grot. obs.* 3. *Boecler*. *ad Grot.* p. 159. sq. *Huber*. *Digr. l. 2 c. 16.*

(*i*) *d. offic. l. 2 c. 2. §. 5. d. Iur. N. et G. l. 6 c. 1. §. 17* sqq.

(*k*) *Ipr. Diu. l. 3. c. 2. §. 100.* et *Beyer*. c. 26. pos. 42.

*Conf. Gell. l. 1. c. 23.* et *Thomas*. d. *natu. Ipr. Anno. Iustin.* p. 126.

(*l*) *Textor*. c. 3. n. 28. *Puf. l. 6. c. 1. §. 16. Bechmann. meditat. c. 7. §. 10. Hennig. ad Grot.*

tur esse matrimonium, si id accipias secundum definitionem §. i. allatam. Vtrum Iuri Nat. simpliciter repugnet, non aequa est expeditum.

4. Iuri Diu. Posit. Vniuersali polyandriam, imo et polygamiam, repugnare plerique tradunt, quam sententiam afferui in *Disp. d. Intercession. Coniug. in Crim. bigam. Cap. 2. (m)*; sed hanc quoque eo Iure non prohiberi contendunt Brücknerus (*n*), Struuius (*o*), Hoppius (*p*), et nouissime Willenbergius (*q*), ICtus Gedanensis (*r*). Kestnerus autem inter Ius Vet. et N. T. distinguit (*s*).

5. Polygamia successiva, quae per secundas nuptias contrahitur, minus dubii  
H 3 habet,

(*m*) pos. 53. ubi rescriptum Elector. exhibui, quod hanc sententiam approbat. Conf. Thomas. l. 3. c. 2. §. 200. sqq. Kulpis. p. 55. eb. 6. Menck *Disp. II. contr. ult. Beyer. ad l. tit. d. nupt. lit. c. Weber. l. c. §. 2. p. 45.* Kahler. *Diff. d. Polygam. add. Leiser. d. afferat. ICt. §. 26. et Wernsdorf. Summ. San. doctrin. de Polygam.*

(*n*) *Decis. matrim. e. 14.*

(*o*) *Struu. S. I. C. Ex. 29. tb. 52.*

(*p*) *Hopp. ad §. 6. Inst. d. nupt. cui facile damus, poenam polygamorum non esse Iur. Diu. Vniu. add. Diff. d. intercession. Coning. l. c. in fin. p. 46.*

(*q*) In Praesidiis Iuris Diuini, cui Schelwigius et Weickmannus se opposuerunt. *add. Wernsdorf loc. cit.*

(*r*) cum quibus sentit Thomas. *fundam. p. 185. §. 25. ibique Stryk.*

(*s*) *Disp. de statu Iurispr. eccl.*

habet, secundae tamen, et magis tertiae, nuptiae olim exosae, quartae etiam prohibitae fuerunt (*s*), quas hodieque Russi detestantur.

## VI.

Vti polygamiam illicitam esse, naturalis ratio uix intelligit: ita eadem causas, ob quas matrimonia quaedam lege Dei inter arctissima cognatione coniuctos prohibita sunt, non satis assequitur, ut narrationes quidem turpitudinis, propter quas a nuptiis ascendentium et descendentium abstinendum est, satis euidenter ex Iur. Natur. explicari possint.

I. Gradus *Leu. 18.* prohibitos minus recte ad LL. Forenses non nulli referunt (*u*), nec rectius alii ad LL. Nat., ut incestus quoque, in linea recta admissi, turpitudo ex iure Nat. uix euidenter satis demonstrari possit, licet

(*t*) uid. *Nou. Leon.* 90. *Canon. Apostol.* 37. *Becmann. Medit.* c. 7. §. 10.

(*u*) uid. *Thomas. in fundam.* l. 3. c. 2. §. 37. fqq. ibique obseru. *Hallens. add. Boehmer. Diff. de iure Principum Evangelicorum dispensandi S. 2. c. 2. & Schnaderbach. de respectu parentelae c. 3. §. 13.*

dicet plerique aliter sentiant (*x*). Sane rationes prohibitionis, quae uulgo afferuntur, *de horrore naturali, confusione nominum, et officiorum, unitate personae, latius spargendis amicitiis* etc. huic rei non sufficiunt; unde *Kulpisius* (*y*) censuit, dari quidem gradus Iure Nat. prohibitos, sed, quo fundamento eorum turpitudo nitatur, non esse expeditum. At, cuius ratio reddi non potest, id nec lege naturali prohibiri palam est (*z*).

2. Fratrum autem et sororum atque ceteras in linea collaterali coniunctiones Iure Nat. non prohiberi manifestum est (*a*), quae ab initio necessariae etiam fuerunt inter primorum parentum descendentes.

3. Quaenam prohibitiones Iuris Diuini Positioni Vniuersali sunt, alio loco traditur, plenius nunc id persequi non licet: non

H 4

ad

(*x*) Huber. *Digr. l. 2. c. 17.* Velthuyzen. Beermann. plures alii, quos allegauit *Diss de incestis cum nouerc. matr. nupt.* §. 7. lit. *a*. quibus adde *Vinc. Grauinum Orig. Iur. Ciu. p. 681.* Hoheisel. *Schediasm. de Incestu.*

(*y*) *Exer. 4. tb. 7. lit. z. p. 58.*

(*z*) Consent. Weber. *d. LL. Pos. Vniu. S. 2. §. 13.* Beyer. *Diss. d. dispensat. circ. matrim. §. 47. sqq.* Thom. *I. 2. c. 1. §. 120.*

(*a*) *Dissent. Brunnenm. Exerc. Iust. II. ad §. 3. I. d. nups. Gundling. c. 25. §. 32.* Titius *Diss. d. Polygam. Incestus et diuortio c. 2.* Rhodius *de incestu contra naturam, Euerard. Otto Diss. d. nups. Consobrin. c. 1.*

ad personas, neque ad gradus Leu. 18. expressos, eas restringi debere dixi in *Disp. cit. d. Incest. Nupt. cum Nou. Matr.*, ubi et de *nuptiis compriuignorum* et cum *uitrici* aut *nouercae ascendentibus*, actum est. De *fratribus filiis*, de *uxoris sorore*, publicis libellis disceptatum ab aliis fuit, sed haec uix attinere nobis integrum est, ad aliam enim pertinent disciplinam.

## VII.

Perfectius ergo multum officia coniugum Ius Diuinum tradit, quam ratio naturalis. Idem de moralitate quoque delictorum carnis egregie nos instituit, circa quam interpres Iuris Nat. uariis urgenter difficultatibus. Non tamen prorsus sterilis hic est Iurisprudencia Nat., sed studium castitatis, curam salutis propriae, utilitatem proximi ac uniuersi generis humani, sedulo iubet obseruare.

I. Sicuti coniugum officia perfecte non tradit ratio naturalis; ita circa delicta carnis eius philosophia non omni ex parte sufficiens est. Principia socialitatis, pa-

rum utilitatis praestant in hoc argumento, neque cetera rem exhauriunt, quamvis magis accommodata sint, ac maiorem usum habeant.

2. In primis controuersiam habet, an omnis concubitus, qui procreandae sibi causa non sit, Iuri Nat. repugnet, quod siue affimes, siue neges, non leuibus te obrues difficultatibus. Inde pendent quaestiones de moralitate scortationis, sodomiae, lenocinii etc. (b) Adulterium sane Iuri N. repugnat, quia pacti uiolationem inuoluit; de stupro et concubinatu dictum est. Ius Divinum Posituum Universale plenius nos instruit, neque tamen omnino controuersiae hic quoque deficiunt.

## CAP. IX. DE IVRE PARENTVM ET LIBERORVM.

### I.

**S**uperiore capite coniugum officia persecuti sumus, consequens H 5 est,

(b) *uid. Beyer. c. 26, pos. 44. sqq. Thomas. Ipr. Dis. l. 3. c. 3. §. 72. sqq. qui tamen mutatis sententiis in fundamentis ibid.*

est, ut nunc de iure parentum et liberorum dispiciamus, in quo argu-  
mento ita uersabimur, ut omnem  
tractationem ad tria capita reuoce-  
mus, primo de potestate parentum  
in liberos, deinde de eorum officio,  
ac denique de liberorum erga pa-  
rentes obsequio, acturi.

I. De Iure Patrio prolixè Iuris priuati DD. et  
naturalium LL. interpres agunt; sed hi  
quoque miscent pletique ciuilis et natura-  
lis potestatis fines, atque officia et potesta-  
tem parentum confundunt.

## II.

Parentum uero appellatione pa-  
trem matremque complectimur.  
Commune enim, si naturam spe-  
ctes, eorum officium est, commu-  
nis potestas, quam nec cum Hobbe-  
sio soli matri in statu naturali tribui-  
mus, nec patri prae matre asseren-  
dam putamus.

I. Parentum appellatione in primis patrem  
et matrem denotamus, nec excludimus  
tamen

tamen ulteriores ascendentes, quamvis maior sit erga primi gradus parentes obligatio.

2. Patris et matris eadem est causa, idem officium, eadem potestas, unde er ad alimenta liberis praestanda naturaliter perinde obstringuntur.
3. Hobbesius (*a*) matris ius potius esse contendit, quae primum in potestate liberos habeat, et in patrem demum eam deriveret, sed potentia sola legitimum imperium non tribuit, eademque restringitur per pactum cum marito initum, et LL. Nat. Neque, quod mater certa sit, pater saepius incertus, potestatem patris minuit, cum pactum et probabilis praesumptio ei sufficiat (*b*).
4. Alii patris potestatem praeualere contendunt (*c*), sed minus idoneis argumentis (*d*). LL. Ciuiiles frustra hic allegantur, sexus praestantia, quarti Grotius et Vitorianus

(*a*) *d. Ciu. c. 9. §. 2. et 6. quem sequitur Leyserus Specim. XVIII. meditac. ad P. med. I.*

(*b*) Conf. Mencken. *Disp. I. sb. 17. ibique citat.*

(*c*) Guil. Grot. *c. X. §. 5. Kulpis. p. 50. Pufend. d. offic. I. 2. c. 3. et Thomas. *fundament. ad. I. 3. c. 4. §. 66. Horn. I. 1. c. 2. patri soli fere tribuit.**

(*d*) Conf. Id. Thomas. *Lurisp. Dis. I. c. Beyer. c. 27. p. 43. sqq. Conf. Senec. I. 3. *contra. Po.**

*triarius* (*e*) urgent, ad rem non pertinet. Ius in ipsam matrem etiam absque pacto competens non est ex lege Nat., sed Diuina Positiva, secundum quam patri praerogatiuam tribuendam esse non difficuler equidem dederim.

### III.

Originem ac fundamentum huius potestatis, quod in iure uictoriae *Hobbesius*, in concessione Diuina *Hornius*, in alimentatione et presumto consensu liberorum *Pufendorffius*, plerique, *Grotium* secuti, in generatione collocant, ex necessaria liberorum educatione repetimus, quam sicuti Deus parentibus iniunxit, ita simul in liberos potestatem, sine qua haec fieri non poterat, iisdem concessit.

1. *Hobbesiani* (*f*) principii absurditatem satis *Kulpisius*, *Boeclerus*, *Pufendorffius*, *Huberus*, aliique demonstrarunt (*g*): ex eo enim con-

(*e*) *Grot.* §. 2. *Vitr.* p. 117.

(*f*) *Hobbes.* c. 9. §. 2.

(*g*) *Kulpis.* p. 47. *lit.* b. *Boecler.* p. 151. *Pufend.* l. 6.

c. 2. §. 2. sqq. *Huber.* *Digr.* l. 2. c. 3. *Zigler ad Grot.*

§. 1. *Albert.* c. 14. §. 7.

consequitur, obstetrici etiam patriam potestatem tribuendam esse; potentia sola ius non tribuit, atque, ubi bellum nullum est, ibi etiam nulla uictoria.

2. *Hornii* hypothesis ad causam remotam pertinet, aut, si maiis, non ad Ius Nat., sed ad Diuinum Posituum Vniuersale (*b*).

3. *Pufendorffii* (*i*) sententia officium liberorum cum potestate parentum confundere uideatur. Liberos ob alimenta parentibus obstringi certum est, sed origo potestatis patriae exinde reperi nequit; neque consensu praesumto hic opus est, cum sine illa fictione res expediri possit; merito itaque hanc hypothesis reiiciunt *Kulpisius*, *Thomasius*, alii (*k*).

4. Perinde, quae de generatione dicuntur (*l*), ad demonstrandam liberorum obligacionem quidem faciunt, non uero ad constituendum potestatis patriae fundatum.

(*b*) Horn. *Pol.* I. 1. c. 2. §. 3. cum quo consent. Hennig. p. 432. et Vitriar. p. 117. qui Grotii, et Hornii principia coniungit.

(*i*) Puf. I. 6. c. 2. §. 4. quem sequitur Muller. *ad Ge.* Grot. c. 10. §. 5. lit. q.

(*k*) Kulpis. p. 47. lit. e. Thomas. I. c. §. 6. Gundling. Kestner. c. 4. §. 8.

(*l*) Grat. I. 2. c. 5. §. 1. Kulpis. p. 48. lit. e. j. Ofland. I. Beermann. *Med.* c. 8. §. 7.

tum (*m*). Idem obiici potest ius, qui *Grotii* et *Pufendorffii* sententias coniungunt (*n*).

5. Nostra sententia origo potestatis ex necessaria liberorum educatione repetenda est. Hac liberi indigent, hanc Deus parentibus iniunxit, haec necessario aliquam requirit potestatem (*o*), cum qua concurrit obligatio liberorum ad gratum animum praestandum, de qua infra *s. fin.*

## IV.

Atque ex hoc principio facile appareat, quo usque parentum potestas extendi debeat, quam tantam esse oportet, quantum finis educationis exigit. Minime ergo natura, aut uitiae et necis arbitrium, aut uendendi oppignorandi ue liberis, nisi summa necessitas uitiae eorum ita prospicere iubeat, potestatem parentibus concedit. Circa actiones autem moresque liberorum ad uti-

(*m*) quod recte monuit Hobbes. *c. 9. §. 1.*

(*n*) Heddinger. *Conf. c. 34. §. 1.* Buddens *c. 14. §. 7.*

(*o*) Conf. Cumberland. *et al. Lib. 1. c. 8. §. 3.*

utilitatem generis humani dirigen-  
dos, sicuti praecipua patrum cura  
occupari debet, ita hoc intuitu o-  
mnia ipsis permissa censeri debent,  
sine quibus hic finis obtineri nequit,  
ut tamen, quo usque rationis usus  
adhuc infirmus est, liberius, quam u-  
bi iam perfecto iudicio liberi pol-  
lent, ius suum exerceant, quod, ubi  
filius paternam relinquit familiam,  
salua reuerentia et pietate, maxi-  
mam partem exspirat. Effectus uero  
plerique patriae potestatis, quos Ius  
Ciuile patri tribuit, ex lege humana  
sunt, non a natura.

1. Terminos patriae potestatis in Republ. ar-  
bitrio suo definiunt legislatores. Ius Nat.  
potestatem parentum ad finem educatio-  
nis restringit (*p*).
2. Ius uitae et necis alii patri tanquam fa-  
miliae capiti (*q*), alii tanquam patri (*r*),  
uin-

(*p*) male ergo Hobbes. *de. 9. §. 8. fccq.* eandem in liberos  
fere parentibus potestatem tribuit, quae in seruos  
dominis competit.

(*q*) etiam Thomas. *fundam. p. 190.* in fili. et Beyer.  
*I. c. p. 47.*

(*r*) Hern. *I. I. c. 2. §. 4. j.* Puf. *I. 6. c. 2. §. II.*

uindicant, plane praeter rationem (s); cum ne ob delictum quidem filium in statu naturali queat interficere. Ergo nec Principi licebit, filium ex tali causa occidere (t): nec magistratui, nisi Principis aut Reipubl. iussu.

*Dicitur de Bruto, Manlio Torquato, Philippo II., aliis.*

3. Ius uendendi liberos patri, ut sibi prospiciat, non competit (u), competit, si liberis alias pereundum sit. Vitae potior, quam libertatis, cura esse debet, adeoque etiam in perfectam seruitutem pater filium tradere potest, modo pretii lucrandi causa conditio-  
rem liberorum non reddat (x) deterio-  
rem.

4. Parentibus competit ius dirigendi libe-  
rorum actiones, disponendi de persona  
et rebus eorum, castigandi moderate etc.  
Pro aerate tamen et prudentia liberorum  
exercitium hoc potestatis temperandum  
est: Hinc alii distinguunt inter liberos  
in

(s) Conf. Kulpis p. 52. lit. p. ibique Boecler. et Osland.  
Vitr. p. 121. Budd. §. 8.

(t) *Diff. aidetur* Gundling. c. 28. §. 4. sq.

(u) affirm. Ius hoc patri competere Gu. Gret. §. 6. ibi-  
que Muller. Zogl. p. 269. Osland. 727. Kulpis. p.  
52. lit. s. et x. Schmidius peculiar. *Diff.* negant. Boecler.  
Felden. Budd. §. 9.

(x) Conf. Huber. *Dirr* 1.2. c. 4.

in potestate et extra potestatem constitutos (*y*); alii inter eos, qui ratione gaudent perfecta, et qui iudicio adhuc mihi polent (*z*); alii inter puberes et impuberes (*a*); *Gratius* tria constituit tempora (*b*), quem *Pufendorfius* et *Kulpisius* sequuntur.

5. Separatio a familia paterna fieri potest, si mulac liberi rationis pleno usu utuntur, ac se ipsos exhibere possunt. Itaque parentum consensum non desiderat, certe dissentire his sine grauissima causa non licet. Per eam potestas parentum ualde minuitur, ac fere extinguitur, salua tamen obligatione, qua ex lege de reddenda gratia liberi parentibus tenentur.
6. In res filii parentibus nec dominium, nec ususfructus, ex Lege Nat. competit, sed administratio tamen, quoisque ipse liberi eam suscipere impediuntur. Itaque quae circa peculia LL. Rom. constituunt, maximam partem Iuris Ciuilis sunt, non Naturalis (*c*). Huc etiam pertinet ius

I

sub-

(*y*) vid. Thomas. l. c.

(*z*) Felden. p. 160.

(*a*) Kestner. c. 4. §. 16.

(*b*) l. c. §. 4. sqq. contra quem dissentit Zieg. p. 269. add. Kulpis. p. 50. lit. b. ibique Pufend.

(*c*) aliter Puf. l. 6. c. 2. §. 6.

(GRIBN. 1. N.)

substituendi, dandi in adoptionem (*d*), et  
reliqua.

*Dictum etiam de operis liberorum, de effedibus ceteris Patr. Pos. De patria potestate Principium.*

## V.

Officium, quod liberis parentes debent, iubet eos curam habere uitae, salutis et educationis liberorum. Ad hoc et amor naturalis, et naturae lex, eos obstringit, quam grauissime laedunt, qui aut abortum procurant, aut recens natos proiiciunt, uel necant. Nec minus officium suum negligunt, qui liberis quibuscumque de alimentis haud prospiciunt, eosue sine causa familia expellunt, qui mores et uitam eorum non ad decus ciuitatis, et utilitatem generis humani, formant, qui denique quicquam omittunt, quod ad commoda et felicitatem liberorum pertineat.

i. Grotii

(d) Conf, tamch Wæther, s. 17. §. 25. Kulpis p. 51.  
In. s.

1. *Grossi et commentatorum disceptatio, an parentes liberis quicquam debeant?* Alii inter iustitiam laxem et strictem sumunt, alii inter iustitiam uniuersalem et particularem, distinguunt (e). Forte rectius inter debitum ex pacto et ex legē nat. (f) Ex qua distinctione simul apparet, cur ob hoc debitum liberi ad gratum animum restandum obstringantur.

2. *Obligatio parentum non tantum ex auctore innato, sed ex salute generis humani, et ex prohibita cæde hominum, fluit.* Itaque Iuri Nat. abortus proeutatio (g), et expositiō liberorum; apud Graecos olim non infrequens, prorsus repugnat (h).

*Dicitum de poenis horum criminum, et de distinctione in partum uitalem, et non uitalem, (i) it. de cæde infantum.*

(\*) conf. Ordin. Crish. art. 133. et P. IV. Const. El. 4.

3. *Alimenta quoque liberis illegitimis, ex adulterio aut incestu natis debentur, imo etiam immorigeris, qui se ipsos nondūm exhibere possunt (j).*

I 3

4. Ex

(e) vid. Kulpis. p. 51. lit. k. add. Thomas. §. 43. Beermann. Mod. c. 8. §. 3.

(f) conf. Beyer. c. 27. prof. 27. sqq.

(g) Kulp. p. 52. lit. l. Beermann. c. 8. §. 5. Thomas. §. 38.

(h) Conf. Beermann. l. c. Diss. Hobbel. c. 9. §. 2. h. Münch. Felic. p. 289.

(i) vid. Divers. de exonerat. lib. sine consens. parent. sponsal. contrabent. tb. 3. sqq.

4. Ex familia ergo expelli non debent liberi, antequam ad eam aetatem peruerterunt, quae acquirendis vitae necessariis subsidiis sit idonea. Emancipatio potestatem ciuilis supponit, adeoque alterius est fori.
5. Successio ab intestato liberorum non quidem absoluti iuris N. est, ad hypotheticum tamen reduci potest, si disponendi post mortem facultatem et dominia sublatamque communionem supponas. Non tamen amplius quicquam debetur eis, quam quantum satis est ad necessaria alimenta. Itaque legitimae quantitas iure Ciuii definita, non est legis naturalis. Illud contra certum est, partem bonorum in alios transferri posse. Imo omnia bona, si liberi subsidio parentum amplius non indigeant, nisi lex ciuitatis obster, et multo magis, si integrati sint. Diss. I. A. van der Muelem de Jure Poli. P. III. qu. 49. p. 699.
6. Educatio liberorum praecipue parentibus esse deber curae, ut mores illorum mature ad ciuitatis utilitatem componantur. Consilio eos adiuuare fas est, etiam ubi propriam familiam constituerunt, et res suas sibi habere coeperunt.

## VI.

Liberi parentibus ad referendam gratiam tenentur, quam tantam ipsis, quantam nemini, debent, cum non tantum propter alimenta praestita, et educationis curam, sed propter generationis etiam beneficium ius obstringantur. Potestatem ergo eorum submisse agnoscant, voluntati consiliisque obsequium praestent, ac, ubi iam rationis usum quoque consecuti, imo familiam egressi sint, pietatem et observantiam ipsis perpetuam exhibeant. In primis uero egestate laborantibus succurrant, ac, beneficia a parentibus accepta nunquam se aequare posse beneficiis, cogitent.

- I. Fundamentum pietatis liberorum erga parentes sunt beneficia: ex his quaedam summa quidem, sed cum aliis communia, ut educatio, alimentorum praestatio; quaedam peculiaria, ut generatio, quam, frustra sunt, qui beneficium esse negant.

I. 3

s. Ex

2. Ex his beneficiis summa oritur obligatio, cuius liberi parentibus ad obsequium adstricti sunt, in indifferentibus causis etiam, licet rationes voluntatis suae reddere nequeant.

3. Obsequium hoc tamen gradus suos habet pro diuersa aetate et conditione liberorum. De consensu parentum in nuptias liberorum iam supra dictum est. Cetera quoque ex praecedentibus facile subdueuntur, ex quibus, quaे de alimentis parentibus præstandis, de officio erga improbos et duros parentes, addi poterant, per se intelliguntur. add. Schwarzii Diff. de līmit. pietat. liber. erga parentes.

## CAP. X.

DE  
DOMINIO ET SERVITVTE.

## I.

**N**atura nullos dominos, nullos seruos esse, sed omnes liberos, omnes sibi aequales, supra fuit monitum. Omnis ergo seruitus ex pacto est. Ipsam seruitutem, statum definitio aduentitium, quo quis ui pacti alieno dominio subiicitur.

i. Ser-

3. Seruos natura nullos esse *Cap. 4. § 2. n. 3.* dictum est. Barbaras gentes natura seruos *Aristoteles* (a) dixit, quem eo nomine reprehenderunt plures (b), excusat *Huberus* (c). Non modo natura nemo seruus est, sed et uix est, ut quissquam natura seruitutem appetat. Ad subeundum seruitutis iugum unum magis, quam alterum, aptum idoneumque esse, facile dederim.
2. Definitio nostra fere conuenit cum illa, quam *Iustinianus* attulit, nisi, quod hic terminis obscurioribus titatur.
3. Omnem seruitutem Iur. Nat. ex pacto deducendam puto, aut expresso, aut certe tacito (d). Ciuiles leges plures habent causas, sed quae aut huc reduci possunt, aut ad Iurisprudentiam naturalem non pertinent.
4. Seruitutem extra Rempubl. esse posse, per se patet, eoque sensu etiam naturalis hic status dici potest, sed hypotheticus, seu aduentius, adeoque, si mere naturali opponatur, praeternaturalis.

I 4

5. In

(a) *Pol. I. 1. c. 2.*(b) *Hobbes. d. Ciu. et Beyer. c. 28. p. 4. sqq.*(c) *Digr. P. 1. l. 2. c. 2. et ad Inst. tit. d. Iur. person. §. 5.*(d) *Conf. Beyer. c. 28. pos. 10. sqq.*

5. In Republ. iura dominorum et seruorum restringunt, aut extendunt, leges, neque vero seruitus aut LL. diuinis, aut principiis religionis Christianae, repugnat (e).

## II.

**Hoc pactum uel libere contrahitur, uel ui extorquetur, quae si iniusta sit, saluum est ius seruo in libertatem se afferendi, simul atque eius recuperandae se offert occasio.**

1. Sponte alii in seruitutem sese dederunt, uel ob domini singulare beneficium, aut virtutes, uel ob inopiam et tuitionem.
2. Metu in seruitutem redacti sunt, qui uitam seruitute redemerunt: qui metus si iustus fuit, e. g. ob delictum illatus, pactum ualet; si injustus, seruis fuga sibi consulere licet.
3. De iis, qui in bello capti sunt, res dubia est, quia, quod supra monitum, metus bellicus pro iusto habetur. Quamvis inter gentes fere obtineat, eos, qui ex seruitute per fugam euadunt, hosti non restitui, sed libertatem recuperare.

## III.

(e) Conf. Beyc, c. 2. §. 21. sqq.

## III.

Varie autem iura serui et domini determinari possunt. Alia seruitus temporalis est, alia perpetua, serui, alii mercenarii sunt, alii gratis operam pro alimentis praestant: aliorum restrictae et determinatae sunt operaे, aliorum absoluta seruitia et indeterminata.

i. Ius omne, quod domino in seruum competit, ex conuentione est, quae legem dat contractui: qui sponte in seruitutem transiunt, non facile perpetuo, aut duro, se iugo subiiciunt. Secus in iis est, quos necessitas, aut metus, in hanc conditionem derudit. Seruitus igitur alia perfecta, alia imperfecta: in hac sunt famuli mercenarii. Plures enim habet gradus. Perfecta seruitus dicitur, quando in perpetuum, et gratis, et indefinite, seruus domino obstringitur.

## IV.

Ius uitae et necis seruus in dominum nec facile transferet, nec transferre potest. Plenaria quoque ac  
I 5 qui-

quisitio non a natura est, sed a Lege Ciuii: Sicuti, ut ancillae partus in seruili perinde conditione sit, naturalis ratio uix permittit, quae et pleraque iura per LL. Ciuiiles seruis de-negata ipsis salua esse patitur.

1. Domino competit ius dirigendi actiones serui. Itaque ei ius castigandi quoque non omnino negauerim, in primis si seruitus sit perfecta.
2. *Hornius* etiam ius uitae et necis dominis tribuit, plane praeter rationem. Nam, qui ui, quoque iusta, in seruilem conditionem redacti sunt, uitam libertatis iactura redemerunt (*f*). Nemo facile pacto alteri ius uitae et necis tribuit. Imo, si Respubl. excipias, uix est, ut pacto hoc ius tribui possit (*g*). Vnde ne ob delicti quidem causam in statu naturali dominis competit. Lege Ciuiili id aliquando iis datum suit, sed satius est, priuatis hoc arbitrium non relinqui.
3. Iure Rom. quicquid seruus acquirit, Domino acquirit. Iure Nat. ex pacto res aestimanda est, quo eiusmodi potestas transferri potest.

(*f*) Diss. praeter Horn. l. I. c. 3. §. 5. Thomas. *fundam.* p. 191. L. III. C. V. §. 2.

(*g*) Gonf. Gundling. c. 30. §. 6. sqq. Kulpis. p. 60. lit. h. ibique cit.

potest. Perinde ius uendendi seruum non competit Domino (*b*), si personae domini is se addixerit, secus, si libere se ei permisit.

4. Seruitutem natuitate etiam constitui uulgo traditur, idque naturali rationi conuenire, sunt, qui censeant, quod foetus beneficio domini uiuat, et alatur. Sed, quia omnis seruitus ex pacto est, non uidetur ex his beneficiis sequi obligatio ad seruitia (*i*). Sane pactum parentum, si nulla alia ratio alendi liberos supersit, libertatem eorum aliquantum circumscribere posse *Cap. praece. monitum est.*

*An naturali Iure nati ex seruo et ancilla patrem, an matrem, sequantur (*k*)? an Ius matrimonii, patriae potestatis, testandi etc. seruis competit?*

## V.

Officium dominorum et seruorum in obseruantia pacti consistit,  
ui

(*b*) Conf. Puf. d. Offic. l. 2. c. 4. §. 3. Diff. Thom. fundam. p. 192. §. 7. sq. Hebb. c. 8. §. 3.

(*i*) Diff. Gundling. c. 30. §. 14. Puf. d. Offic. l. c. §. 6. Conf. Kestner. c. 4. §. 23. conf. Budd. c. 15. §. 5.

(*k*) u. Wernh. c. 17. §. 39.

ui cuius dominus non plus exiget,  
et seruus non minus praestabit,  
quam in uicem promissum fuit. In  
primis dominus prudenter et mo-  
derate potestate sua utatur, ut non  
timorem tantum, sed et amorem  
serui sibi possit polliceri. Seruus  
obsequio, fide et laboribus officio  
suo et uoluntati domini satisfacere  
studeat.

1. Male *Hobb.* negat, dominum in seruum  
esse posse iniurium, eique obligari (1).
2. Dominus alimenta seruo praestare tenetur,  
et mercedem, si sit promissa; ad alimenta  
etiam cura aegroti mancipii pertinet, quod  
negligere, vel expellere, nefas est. Neque  
plus laboris probus dominus seruo impo-  
net, quam cui perferendo ille sufficiat;  
pacti autem, ut dixi, in primis habenda  
est ratio.
3. Si nimia sit saeuitia domini, non dubito,  
quin aufugere seruo in statu naturali lice-  
at, cui etiam ius defensionis competere  
puto, si periculum uitas ei a domini im-  
manitate immineat.

4. Manu

(1) d. Cim. c. 8. §. 7.

4. Manu mittendi modos Priuata Iurisprudentia exponit. Solennitatibus ciuilibus non opus est, si rem ex naturalibus principiis aestimes, ubi sufficit, uoluntatem domini seruum dimittentis declaratam esse.

## CAP. XI.

**DE IVRE FAMILIARVM ET  
DE SOCIETATIBVS MINORIBVS  
ANTE RESPUBLICAS.**

## I.

**E**gimus capitibus proximis de iuribus coniugum, parentum et liberorum, dominorum seruorumque. Horum officia, ut diximus, hypothetica sunt, ad statum tamen naturalem pertinent, et origine ciuitatum sunt antiquiora. Constat ex his personis familia, cuius iura ex singulorum, qui eam constituant, officiis colligi queunt. Hoc tantum addo, communem utilitatem,

tem, securitatem et defensionem, communibus viribus esse in ea promouendam.

**i.** Societates vulgo in simplices et compositas diuidunt: Simplicem inter parentes et liberos, dominos et seruos, maritum et uxorem, obtinere tradunt. Ex his constituitur familia (*a*): potest tamen familia sine seruo, potest etiam sine liberis, esse (*b*).<sup>1</sup>

**ii.** Caput familiae sunt pater et mater fam. Iure Diuino Positiuo patris fam. ius potius est (*c*). Officia singulorum, qui sunt in familia, ex antea dictis patent, neque difficile est, inde, qua ratione alii erga alios e.g. liberi erga seruos, hi erga illos, se gerere debeant, dijudicare (*d*).

## II.

Singuli patres familias res suas separatim quidem habuerunt; securitatis ramen studium plures coniuncti sunt.

(*a*) Hert. *Eleg. p. I. sect. I. §. II.* ubi comparat familiam cum Civitate.

(*b*) u. Huber. *ad Inr. Civ. I. 2. sect. I. c. 2. n. 14.* sqq;

(*c*) conf. Huber. *I. c. n. 24.*

(*d*) conf. Budd. *Diff. de comparatione obligationum, quae ex divers. hominum statib. oriuntur.*

xit, ut unitis viribus communia pericula auerterent. Inde *pagi* et *ui-ci* orti sunt, sine ullo tamen ciuili vinculo, cum nulli patrum familias in alterum ius competeret.

- ¶. Societas haec est sine imperio inter aequales. Finis est mutua defensio, sed qui non aequae ac in ciuitate obrineri potest, in primis si lites inter socios oriantur.
- ¶. Inter pagos et uicos hic nullum discrimen constitui mus, nisi quod una vox ampliorum coetum forte exprimat, quam altera. Aliter Huberus, qui pagos negat dici posse, si eiuli imperio destituantur (e).

### III.

Si qua unius prae reliquis potestas fuit, eam aut prudentia, aut aetas, aut fortitudo, conciliavit, ita tamen, ut auctoritate potius, quam imperio, reliquos anteiret.

¶. Ve-

(e) d. Iur. Civit. b. 2. sed. 3. c. 5. n. 5.

1. Veneratio capitis cani, opinio prudentiae, auctoritatem praestat, non imperium. Itaque omnis hoc in statu dignitas potestate ciuili caret.
2. Sed et, si socii ducem sibi eligant aduersus imminentem aliorum uim, sublato periculo eis tollitur directio, et exspirat.

## IV.

Aucto familiarum numero, ciuitatis quidem speciem prae se fert multitudo, sed, quia imperio destituitur, iura Reipubl. non habet, atque a Democratia quoque multum distat.

1. Nam Democratia habet ius leges condendi, puniendi, cogendi. Secus est in eiusmodi societate, ubi uix est, ut maior pars concludere et reliquos adigere possit ad consentiendum. Vnde societas huiusmodi imperfectas merito vocaueris, si compares cum ciuitatibus.
2. Officia et iura pagorum plurium inter se consistunt in colenda amicitia et pace, ac per se facile intelliguntur.

## V. Cre-

## V.

Credibile tamen est, paulatim societates has in ciuitates abiisse, ut commodo, cuius causa constitutas erant, plenius fruerentur.

1. Differentias ciuitatis et plurium familiarum exposuimus. Commoda et incomoda utriusque ex *Cap. prae. VI.* patent. Securitas certior in Republ. est; libertas major in pagis et uicis (*f*).

## CAP. XII.

**DE OFFICIIS HOMINIS ERGARES EXTRA HVMANAM SORTEM CONSTITVTAS.**

## I.

Pleraque quidem officia hominum cultu diuino, cura salutis propriae et utilitatis communis ab-

K

sol-

(*f*) conf. Beyer. v. 29. §. 3. sqq. Gundling. v. 23. §. 26. sqq.

(GRIMM. I. N.)

soluuntur; sunt tamen et quaedam alia, quae, si non erga alias res, saltem earum occasione debentur, de quibus coronidis loco paucis hic duximus esse agendum.

I. Quid per res extra humanam sortem constitutas intelligamus, ex sequentibus §§. patet (g). De spiritibus autem hic non agimus, nam tractatio haec limites Philosophiae, et Iuris naturae, transcendent. (h).

## II.

Refereo huc officia erga mortuos, quos terrae mandare, eorumque cadauera non uiolare, pietatis est, et officii; quamuis sanctitas sepulcrorum firmo uix nitatur fundamento, et pleraque officia erga mortuos ex aliis principiis possint et debeant deriuari.

1. Philosophia Iuris Rom. et Canon. circa loca religiosa searet superstitionis principiis, quibus plerique populi in hoc arguento laborarunt.

2. Officium sepulturae magis uiuorum, quam defunctorum, causa praestandum,

(g) conf. Hardtii *Diff. d. b. argumento.*

(h) conf. Winckler. *Princip. l. I. c. 5.*

ne insepulta cadavera Reipubl. noceant (*a*). Inde merito Romani in urbe sepulturas fieri prohibuerunt (*b*), inde, puto, Thomasius sepulturam in templis Iuri N. contendit repugnare (*c*). Vanitas hominum et supersticio hanc affectauit, quae res cum in piarum, ut uocant, causarum emolumen-  
tum cederet, facile applausum inuenit, in primis cum honoratior haec sepultura haberetur, ceterae honestae etiam sepeliendi rationes uulgares dicerentur.

3. Sententia Kulpisii, sepulturam *humanitati* deberi, obscurissima est. Cui tamten hu-  
benter dederim, non facile cuiquam se-  
pulturam denegandam, ne hosti quidem  
(*d*); cum uiuorum utilitas postulet, mor-  
tuos non relinqui insepultos.
4. Belli tamen iustam causam non puto de-  
negationem sepulturae (*e*); nisi in con-  
temnunt genris, et animo eam iniuria affi-  
ciendi denegata illa fuerit.
5. Ob delicti grauitatem cadavera insepul-  
ta relinquimus. Id Iuri Diuino

K 2

Vniuer-

(*a*) a. Zigler, ad Grot. I. 2. c. 19. §. 2.

(*b*) I. 3. §. 5. ff. de sepulcr. uiolas.

(*c*) Diff. XII. Jurispr. Diuin. uideb. pos. ult. ex Hoffmann. Diff. de hoc argum.

(*d*) Kulpis. p. 109. l. d. et e. Diff. Thomas. I. 3. c. 20. §. 24.

(*e*) uid. Zieg. p. 422. Thomas. I. c. §. 27. sqq. Diff. Kul-  
pis. d. 4. 115. b.

Vniuersali repugnare contendit *Bodinus* (*f*). Alii apud ipsos Hebraeos autochiras negant fuisse sepultos (*g*). Nihil sane obstat, quo minus mores illi mutentur (*h*). conf. supr. c. 3. §. 2. n. 4.

6. Sepulcri uiolatio merito grauiore poena coercetur, non ob loci religionem, sed quod utilitas publica postuleret, eis metu poenae securitatem praestari, quae alia ratione seruari tuta non possunt.
7. Solennia sepulturae uariant, et arbitraria pleraque sunt, adeoque arbitrio Principis subiacent (*i*), qui tamen mutare ea non potest, quae aliis sacris addicti subditi, ex falsa licet persuasione, pro adiaphoris non habent.

### III.

Dedit in anima*lia* potestatem humano generi Diuinum numen; cuius etiam ratio ius iis utendi nobis competere intelligit: quae et iisdem

(*f*) Bodin. d. Iur. inhuman. concl. I. add. Brunnem. *Process Inquis.* c. 10. n. 32. et Zepper. d. *LL. Mosaicie* l. 5. c. 7. add. Textor. c. *XV.* n. 18. fqq.

(*g*) u. Grot. l. 2. c. 19. §. 5. add. Joseph. d. *bell. Ind.* l. 3. c. 25.

(*b*) quamvis non prorsus iniustos eos esse facile dederim. Ofiend. ad Grot. l. c. §. 4. *Obseru.* 3. Kulpis. l. c. lis. f.

(*i*) u. Thomas. *Disp. d. Jur. Ppis Christiani circa sepulturam*.

dem uesti licitum esse censet; abuti autem, ac sine causa inclementer et crudeliter cum iis agere, prohibet.

1. De imperio hominis in res creatas reuelatio nos instruit: natura intelligit, si bi licere animalibus uti, quia prohibitio deficit (*k*).
2. Itaque iesus quoque carnis licitus est (*l*), an expediatur, et an olim ante diluvium usitatus fuerit, alii uiderint.
3. De sanguinis escarii licentia integræ extant exercitationes *Bartholini*, *Hanneckeni*, aliorum. Qui eam improbant, Lege Diuina Positiva potissimum nituntur, cui naturales causas non deesse, aliqui contendunt. *Conf. Nou. Leon. LVIII.*
4. Officia proprie nulla sunt hominis erga bruta, sed ex officiis erga Deum, nos ipsos, et societatem humanam, fluunt. Crudelitas omnis in animalia improba est, nisi utilitas inde ad humanum genus redundet (*m*).

### K 3

### IV.

(*k*) conf. d. dominio hominum in animalia *Senec. d. benef. t. 2. c. 29. et l. 4 c. 18.*

(*l*) uid. *Omeis. de Offic. erga bruta* §. 28. conf. *Erasim. de iesu carnis.*

(*m*) Pufend. *Elem. l. 1. def. 5. §. 3. Leyser. Medic. ad f. Spec. III. med. 5. p. 26.*

IV.

Eadem rebus creatis reliquis moderate nos iubet uti, improbat omnem, etiam in res inanimatas, proteruitatem, ac nos in nostris quoque bonis ita uersari debere docet, ut administratores rationibus reddendis obnoxios nos esse cogitemus.

1. Inde LL. Diuinae latae de arboribus non exscindendis, frugibus non perdendis. In bellis tamen contraria omnia licere passim tradunt; sed id quoque rectius negatur, si alia ratione hostis in potestatem redigi possit, qua de re Lib. III. ex instituto.
2. Prodigalitas, avaritia, proteruitas Iuri N. repugnant: Usum rerum, et usum fructum nobis Deus concessit. Proprietas ex pacto cum homine est, nec efficit, ut liberius usus rerum nostrarum arbitrium ultra rationem extendatur.
3. Itaque res proprias quoque perdere, quae alii usum praestare poterant, ineptum est, et quodammodo iniustum.

PRIN-

# PRINCIPIORVM IVRIS PRVDENTIAE NATVRALIS

LIB. II.

## DE IVRE PVBLICO VNIVERSALI.

CAP. I.

### DE ORIGINE RERVM PVBLICARVM.

I.

Priore libro iura hominum persecuti sumus, quatenus nullo ciuili uinculo continentur, sed imperii expertes libertate naturali fruuntur. Nunc Imperantium, et subditorum, ex quibus Respubl. constituitur, obligationes tradendae sunt, quae praestantissima iurisprudentiae Nat. pars *Juris publici*

K. 4

ci

*ci Vniuersalis nomine nobis uenit,*  
*cum Leges explicet, quibus omnes*  
*ciuitates et constitutae sunt, et re-*  
*guntur. Quae res ab ultimis Re-*  
*rum Publ. originibus repetenda est.*  
*Eas uero non ab initio extitisse, sed*  
*ex conuentione hominum libertati*  
*successisse imperia, et superiori li-*  
*bro ostendimus, et ratio ac sacra*  
*profanaque historia abunde docet.*

1. De naturali hominum aequalitate *Lib. I.*  
 actum fuit prolixius. Status hic libertati  
 aucto iam genere humano adhuc obti-  
 nuit. Post constitutas Respubl. Ius divi-  
 di coepit in Publicum, et Priuarum. Ut ri-  
 usque principia Ius Nat. tradit, frustra,  
 quod ad Ius Publicum attinet, dissentien-  
 tibus quibusdam ICtis (*a*).

2. Jus Publicum est uel Vniuersale, uel Spe-  
 ciale: (addi potest et Specialissimum)  
 Vniuersale est pars Iuris Nat., quod cum  
 Politica plures confundunt (*b*). Haec,  
 quid utile sit, tradit, illud, quid sit iustum (*c*).

3. Ori-

(*a*) uid. omnino Boehmer. p. gener. c. 2. §. 16. sqq.

(*b*) Hopp. ad Inst. tit. d. l. et l. qa. 19.

(*c*) Conf. Huber. l. 1. Sect. 1. c. 1. §. 14. sqq. Boehmer.  
 p. Gen. c. 3. §. 12. sq. p. 84

3. Origines primarum Rerum publicarum, ratione tantum per coniecturas assequitur. Si in prima integritate substituerent homines, nullas futuras fuisse probabile est (*a*), licet aliter *Alberti*, *Bocclerus*, aliquique (*e*) sentiant.

*Imo sunt, qui dubitanti, an antediluvium fuerint ciuitates (*f*)?*

4. Id quoque frustra asseuerari putamus, prima imperia immediate a Deo esse constituta (*g*). Respubl. tamen conditae non modo voluntati Diuinae non repugnat, sed et, quia humana necessitas id exigit, eidem conuenit.

5. Iudeorum haec singularis fuit felicitas, Respubl. ut eorum arbitrio Diuino, condemque immediato, constitueretur, et gubernaretur. Ceterae consensu ciuium constitutae sunt, Numine permittente, aut etiam approbante.

## K 5                    II. Quae

(*a*) *Conf. Herb.* p. I. f. 3. §. 5. *Bochmer.* p. *Spec. I.* I. c. I. §. 2. *Thom.* I. 3. c. 6. §. 2. sq. *Rivinus Diff. d. liberi. primaen.*

(*c*) *Alb.* p. 2. c. 14. *Boccler.* p. 200. *Becmann. Medic.* c. II. §. 5. *Weber. d. Politia ante lapsum. Muller. de imper. civil. in statu innocent.*

(*f*) *uid. Hert.* p. I. f. 3. §. 1. ibique *Cedrenum*, *Reimann. in Hisp. litter. antediluv. et Dithmar. de statu politico antediluv.*

(*g*) *Conf. Huber.* I. f. 2. c. I. §. 27. *Diff. Alberti I. c.*

## II.

Quae uero ratio commouerit homines, ut pro aequalitate naturali imperia amplectentur, operaे pretium est, ut inquiramus. Amor innatus socialitatis, ac praestantia et perfectio Reipubl. uix uidetur tantos hominibus subiecisse stimulos: nec credibile est, sola indigenita ad hoc consilium eos fuisse compulsoſ.

1. Homines naturali ueluti impetu ad ciuitates constituendas ferri, Peripatetici affirmant (*b*), sed non probant. Homo debet et potest socialiter uiuere, sed hoc etiam extra Rempubl. fieri poterat. Ciuitatis onera nemo propter se naturaliter appetit (*i*); imo paucissimi sunt natura boni subditi, boni ciues.
2. Neque magis probabilis est illorum opinio, qui homines ideo in Rempubl. cotisse credunt, quod perfectissima haec sit societas. **Quamuis enim commoda ex con-**

(*b*) u. Aristot. *Pel.* I. 1. c. 1. et 2.

(*i*) Boehmer. *I.* I. c. 1. §. 4. Puf. *I.* VII. c. 1. §. 2. sq.  
Thom. *I.* 3. c. 6. §. 7.

conditis ciuitatibus genus humanum non pauca sequantur, non leua tamen etiam ex Statu Ciuali inocommoda subnaseuntur.

3. Constitutis Rebuspubl. genus humanum coepit pristinam ruditatem exuere, urbes condi, artes excoli, commercia florere coeperunt. Sed causa huius felicitatis non constitutio ciuitatum, sed securitas communis fuit. Vnde nec egestas hominum praecipua Respubl. condendi causa fuisse uidetur.

### III.

Metus ergo ac *studium* defensionis et *uitae conseruandae*, quo nullus affectus homines urget uehementius, coëgit eos uel cum libertatis iactura securitatem redimere, fuitque haec genuina causa constituendi primas plerasque Respublicas; unicam tamen eandem omnium ciuitatum originem fuisse, non dixerim. Aliae ex ui, et potentia, saepius etiam iniusta, exortæ sunt, nonnulla forte et olim imperia obuir-

uirtutem et praestantiam Principi-  
bus libere delata.

1. Origines singulorum imperiorum incer-  
tissimae. Historia enim nos deserit, et  
coniecturae primorum mortalium consilia  
et fata uix assequuntur.
2. Pericula status N. supra exposuimus. His  
nullum fere remedium sufficit, quam  
quod ciuitas pollicetur. Itaque haec  
praecipua constituendarum ciuitatum cau-  
sa fuit (*k*).
3. Frustra, puto, a nonnullis omnium aut  
primorum etiam imperiorum origines ad  
iniustam et uiolentam occupationem re-  
ferri (*l*). Quaedam ita constituta esse,  
negare nolim. Quamvis autem iniusta  
uis legitimam non pariat potestatem, su-  
perueniente tamen subditorum consensu  
ea iusta et legitima evadere potest.
4. Quod *Iustinus* (*m*) tradit, prima regna  
uirtute et moderamine imperantium con-  
stitisse.

(k) *Conf. Hobb.* c. I., *Beyer.* c. 25. p. 20. sq. *Thomas.* l. 3 c.  
6. §. 12. sqq. *Pufend.* l. c. §. 7. *Diff. Boehmer.* l. c. 6. 10.

(l) Ita sentire videtur *Boehmer.* l. c. §. 14. sqq. et *Tho-*  
*mas. fundam.* p. 194. add. *Hart.* l. c. §. 3. *Bodin d.*  
*Rep.* l. I. c. 6

(m) *Hist.* l. I. c. I.

stitisse, id de paucis quibusdam admitti potest: omnia imperia eadem habuisse initia, nemo facile dixerit.

## IV.

Vt i causa est dubia, quae homines olim ad Respublicas condendas mouit: ita modus et ratio, qua prima imperia constituta sunt, non minus est incerta. Consensu plurium opus fuit, quiet impetrari, et declarari, non una ratione potest. Hinc *Hobbes* unum pactum in constituenda Republica intercedere statuit, alii duo, *Huberus* tria. Dixeris forte rectius, non omnia imperia eodem modo coepisse, adeoque conventiones quoque non ubique easdem interpositas fuisse.

i. Vt non omnium Rerum publicarum eadem causa: ita nec eodem modo omnes constitutae sunt. Qui ui in subditorum conditionem redacti sunt, tacito tantum pacto in unam ciuitatem coaluerunt (\*): Ergo aliquando non, nisi unicum, intercessit pactum.

2. Hu-

(\*) Conf. Boehmer, l. 1. c. 2. §. 3. §. 13. & 17. Hub. l. 1. §. 2. c. 5. §. 19.

2. *Huberus* tria requirit (*o*), sed primum non pertinet ad constitutionem ciuitatis. *Pufendorffius* (*p*) duo pacta et unum decretum (*q*). Sed primum pactum, quo, ait, multitudinem se coniungere aduersus communes hostes, non constituit ciuitatem. Pactum autem secundum cum ipso decreto concurrere potest, unumque alterum saepius continet, et complectitur (*r*). Ita si plures unum Ducem statim, aut Regem, eligant, pluribus pactis non est opus, nisi limitatum in eum transferre cupiant imperium.

## V.

Si tamen condendam iam primum Rempublicam animo concipiamus, non aliter multitudinem dissolutam in ciuitatem coalescere posse, facile perspicimus, quam si uoluntatem unum corpus constituendi

(*o*) vid. *I. I. S. 2. c. 3. §. 17, 18, 19.* alii aliter ius sententiam exponunt. add. *Hert. p. I. S. 3. §. 7.*

(*p*) *d. off. I. 2. c. 6. §. 7. sqq. d. I. N. et G. I. 7. c. 2. §. 2. sqq. Thomas. *Uurprud. diu. I. 3. c. 6. §. 29. add. Wernh. c. 18. §. 13. sqq. Beyer. c. 29. p. 10. sqq.**

(*q*) *alio etiaye plura Bochmer. I. c. §. 13. lit. e.*

(*r*) *conf. Hobbes. c. 7. §. 9. et Titius ad Pafend. et Iur. Publ. I. 6. c. 7. §. 17.*

**tuendi inuicem declarent, ac, qua ratione id deinceps gubernari debeat, tacite, uel expresse, definiant.**

1. Imperia uel uiolenta sunt, uel uoluntaria: in uoluntariis liberius ciuium est arbitrium. Hinc regna olim uix fuerunt absoluta. Potest tamen etiam uoluntarium imperium esse absolutum.
  2. Quae prima Reipubl. ratio fuerit, sere ignoratur. Regna antiquiora esse, probabile est, ceteris Imperiorum formis. Sed limitata illa, non absoluta fuerunt, si quid coniecturis assequi licet.
- 

## CAP. II.

### DE MAIESTATE.

#### I.

**Vt** uero ab aliis societatibus Respubl. differat, Maiestas efficit, qua uoce omnia iura ad modera-  
men ciuitatis necessaria complecti-  
mur,

mur, et summam in Republ. exprimimus potestatem.

1. Maiestas non datur, nisi in Republ., nec Respublica sine maiestate.

2. *Grotius L. I. C. 3. §. 7.* ita definit, quod sit *potes̄as summa, cuius actus alterius iuri non subsunt, ita ut alterius arbitrio irriti reddi nequeant.* Hanc *Feldenus* (a) impugnat: *Kulpisius* et *Graswinckelius* (b) sustentur. Obscura certe est, unde alii alias substitutunt definitiones. *Zieglerus* (c) Maiestatem, ait, esse *supremam potestatem regendi civitatem.* Sed clarissime ex Iurium Maiestaticorum habitu appetet, quid ipsa Maiestas sit. Nam haec complexus est Iurium Maiestaticorum, i. e. eorum, fine quibus Respubl. regi non potest. De quibus Cap. sqq. ex instituto.

*Superioritatis territor. iura esse maiestatica in Iure Publico docetur.*

II. Hanc

(a) *Felden. ad Grot. L. I. c. 3. §. 5.*

(b) *Kulpis. p. 21. ibique Boecler. Graswinckel. p. 78. Hert. p. 1. S. 6. §. 3.*

(c) *de Iur. Maiest. l. c. 2. §. 9.*

## II.

Hanc potestatem cum dissoluta multitudo non habeat, nec in Imperantem ab ea posse conferri, adeoque originem illius a Deo immediate repetendam esse, non pauci contendunt. Quibus sicuti, imperiorum salutem Diuina auctoritate nisi, facile concedimus, atque eniam solicitudinem, qua securitati Principum omnimodo prospicere cupiunt, laude dignissimam iudicamus; ita nec insectandos censemus esse eos, qui, cum arbitrio populi potestatem hanc Imperantibus initio, eiusdemque ex uoluntate modo liberiorem, modo adstrictam magis, collatam esse uideant, patrum ciuium Maiestatis proximam et immediatam causam constituerunt, siquidem ne sic quidem sanctitati summorum imperiorum quicquam decedit.

L

i. Hi-

(GRIBN. I. N.)

1. Historiam huius controversiae, quae Theologos pariter atque ICtos in diuer-sas partes distraxit, fuisus exponere non est huius loci (*d*).
2. Qui immediatam et proximam causam Maiestatis Deum esse statuunt, ex S. Scrip-tura et Iure N. argumenta repetunt (*e*). His ego non puto posse imputari, ac si omnes leges fundamentales euertant (*f*); multo minus illam sententiam, aut ty-rannidi, aut seditioni causam praestare dixerim (*g*).
3. Sed nec eis, qui mediatam et remotam causam Deum constituunt, haereseos cri-men iure crediderim intentari, cum ex ipsis Theologis Scherzerus. Loc. XXVI, §. 8. et seqq. et Buddeus Inst. theol. dogm. l. 5. c. 4. §. 21. illam sententiam amplectantur (*h*).
4. Neque per eam sententiam sanctitati summorum imperiorum quicquam dece-dere,

(*d*) vid. Kulpis. Coll. Gr. p. 21. Boehmer. l. 1. c. 2. §. 24. sq. Thomas. Iprud. diu. l. 3. c. 6. §. 66. seqq.

(*e*) eo in numero sunt Zieg. d. Iur. Maiestat. l. 1. c. 1. §. 46. et ad Grot. l. 1. c. 3. Masius c. 4. §. 7. Horn. l. 2. c. 1.

(*f*) licet hoc inferant ex illa hypothesi Hert. d. mod. consit. ciuitatem s. 2. §. 3. Puf. l. 7. c. 13. §. 1. Wernh. c. 19. §. 3.

(*g*) ita colligunt Boehmer. l. c. §. 25. lit. b. add. Leise-rum d. Assentat. ICtorum et d. Logomach. ib. 64.

(*h*) Conf. Hub. l. 1. f. 7. c. 4. §. 11. sqq. Beyer. c. 29. p. 16. Kulpis. p. 22. Keiltner. c. 7. §. 2.

dere, eiusque patronos a conclusionibus, quas alii inde eliciunt, ac si summa potestas semper penes populum, aut reuocabilis, sit, alienissimos esse, puto.

5. Quibus quidem praestructis appetet, recte Thomasum (i) scribere: *Quaestionem hanc esse mere theoreticam, et nullum habere in definiendis praeceptis I. N. a sum, ut ad Logomachias I. N. referri posse videatur.*

### III.

Id certum satis est, esse in arbitrio populi, si condendam Rempubli-  
cam animo concipias, utrum Mai-  
estas, siue exercitium summorum iu-  
rium, sine quibus ciuitas consistere  
nequit, penes unum, an penes plu-  
res, esse debeat: Vtrum in eos abso-  
lutam, an certis circumscriptam li-  
mitibus, potestatem conferre ma-  
lit? Non nisi una tamen in ciuitate  
maiestas esse potest: unde facile in-  
telligitur discrimin, quod nonnulli  
inter maiestatem *realem* et *persona-*

L 2

*lem*

(i) *fundament. p. 195. §. 9.*

*lem* constituunt, non posse habere locum, duplex quoque *subiectum* Maiestatis *proprium* et *commune*, non sine cautione et restrictione admitti debere.

1. Per populum non intelligitur dissoluta multitudo, sed coetus, qui iam in Republ. ueluti coaluit, aut pactum saltim de constituenda communi ciuitate interposuit.
2. Hic determinat formam administrandae ciuitatis, siue subiectum maiestatis, determinat etiam modum habendi et potestatem Imperantium. Vel omnia iura simpliciter in superiorem transfert, uel quae-dam sibi seruat, aut aliis relinquit.
3. Populus ergo est subiectum maiestatis commune, antequam proprium constituantur: in quo maiestas originarie fuit, et quo eadem, sublato subiecto proprio, e. g. tempore interregni, recidit. Princps, aut optimates, constituunt subiectum proprium, quod priuatiue exercet iura maiestatica singula, si forma Reipubl. pura sit, et simplex.
4. In Democratis forte tantum unum subiectum

iectum datur, in primis si *Democratia* sit absoluta.

5. *Hornius, Feldenus, Ziglerus, Henniges et Osiander* (*k*) prorsus impugnant distinctionem hanc in Maiestatis subiectum proprium et commune; sed illi terminis his aliter utuntur, quam *Grotius, Kulpisius et alii*, (*l*) qui innoxiam hanc divisionem esse euincunt.
6. Duplicem maiestatem realem aliam, aliam personalem, excogitarunt Monarchomachi (*m*), secundum quos populo semper Maiestas realis competit, quae personali sit potior, cum ea concurrat, et nunquam quiescat. Inconciinnitas huius hypotheseos per se pater, quia duplex Maiestas in eodem subiecto esse non potest, quia regna etiam absoluta subiicit populo, et subditos Imperantes, Imperantes subditos constituit (*n*).

## L 3

## 7. Potest

(*k*) Horn. *l. 2. c. 11. §. 1.* Felden. *p. 44.* Zigi. Hennig. Osiander *ad Grot. l. 1. c. 3. §. 7.*

(*l*) Kulpis. *p. 22. ab. 6. lit. k.* Graswinckel. *ad Grot. l. 6.* verbi subiectum. Vitriar. *ad eund p. 21.*

(*m*) uid. Kulpis. *l. c. lit. l.* Alberti *d. divisione Maiest. in real. et person. Cap. spec. s. 1. conf. Arndii biblioth. polit. Cl. 1. gen. Cl. 2. spec. §. 3. p. 64. seqq.*

(*n*) Pufend. *l. 2. c. 6. §. 4.* Zigler. *de Iur. Maiest. l. 1. c. 1. §. 41.* Horn. *de Civitate. l. 2. c. 10. §. 11. seqq.* Hert. *p. 1. §. 6. §. 5.* Huber. *l. 1. §. 3. c. 1. §. 11. seqq.* Coceci. *in prodomio iustit. gent. exerc. II. §. 69. et seqq.*

7. Potest tamen haec etiam doctrina comode explicari, ut cum praecedente de duplice subiecto conueniat (o). Potest contra distinctio in duplex subiectum in Monarchomachorum sententiam flecti, si subiecto communi concurrentem cum subiecto proprio, aut maiorem etiam potestatem tribuas (p).

### CAP. III.

## DE IVRIBVS MAIESTATICIS, IN PRIMIS DE IVRE LEGES CON- DENDI, IVDICANDI, PVNIENDI, DISPENSANDI ETC.

### I.

**D**iximus Maiestatica iura ea esse, quae ad Rempubl. administrandam sunt necessaria. Quaenam haec sint, prolixè ab aliis, a plerisque tamen confuse et sine ordine, tradi-

tum

(o) vid. Beccan. *Medit. Pol.* n. 11. Vitriar. p. 22. Albert. *cis. Diff. s. II.*

(p) Beccmann. *I. c. n. 7.* Thomasius *d. dipl. maiestatis subiecto.*

tum fuit, qui iura quaevis imperantium saepe etiam minora huc referunt, ac in tantarerum multitudine sine principiis fere vagantur. Conabimur ex natura et necessitate conseruandae Reipubl. praecipua iura, quae reliqua continent, et quibus Maiestas potissimum constat, paucis commemorare.

1. De Iuribus Maiestaticis ex instituto egerunt *Hornius*, *Ziglerus*, *Mylerus*, aliique Juris Publici et Naturalis interpretes: Scriptores de regalibus plerumque confuse hoc thema tractant, nec ad principia iura maiestatica reuocant, et ex Iure Ciuii potestatem Imperantium metuixur.
2. Diuisio iurium maiestaticorum in maiora et minora, quam *Thomassus* reiicit (a), admitti potest, si minora dicas, quibus summa potestas carere, et quae in priuatos etiam transferre, potest.
3. Ab aliis etiam Iura Maiestatica in sacra et profana, in immanentia et transuentia (\*), diuiduntur.

(\*) Quam diuisionem forte sine causa reiicit Beyer. *Delin. Iur. feud. c. 5. pos. 25. lit. l.*

## II.

Cum ergo eo fine Respublicae fuerint conditae, ut diuersae multorum uoluntates unirentur, ac quidlibet audendi faciendique libido coërceretur, competit ad hunc finem obtainendum maiestati potestas *leges ferendi*, ut cuius subditi uoluntatem imperantium, licet dura sit, licet eius rationem assequi nequeant, modo diuinis haud repugnet legibus, ex quo ea declarata est, sequi tenentur.

1. Variae sunt hominum uoluntates, diuersi sensus: incommoda naturalis status non parum auget, ac securitatem minuit, haec animorum diuersitas. Ratio etiam naturalis uix sufficit omnibus negotiis ciilibus decidendis: legislatoria ergo potestas ad conseruandam Rempublicam necessaria est (*b*), quae prohibeat praecipiarque, et quid licitum, quid illicitum esse debeat, definiat.
2. Leges ferre solius maiestatis est, sed et eas mutare, abrogare. Dispensatio quoque

(*b*) uid. Boehmer, *P. Spec. I. 2. c. 3. §. 1. sq.*

qué et ius dandi priuilegia ad solum legislatorem pertinet (c).

3. In Monarchia absoluta omnis lex est constitutio Principis (d). In Aristocracia Senatus consultum, Magistratus edictum; In Democratia plebiscitum. In Rebus publ. mixtis uariae iuris occurunt species: inde tam diuersae in Iure Rom. legum formae.
4. Potest tamen ius leges condendi etiam inferioribus magistratibus in Monarchico imperio concedi (e): sed uis obligandi omnis est a Principe. Vnde statuta quoque non obligant tanquam leges, nisi expressa, Princpis uoluntate (f).<sup>1</sup>
5. Legibus Principis omnes tenentur, qui in territorio sunt, etiamsi ibi non perpetuo commorentur. Statuta eandem uim non habent, et ne eiusdem quidem Reipubl. cines stringunt, sed eos tantum, quorum causa sunt condita, nisi Princi aliter fuerit uisum.
6. Lex Ciuilis in conscientia obligat, etiam quae circa indifferentia uersatur, ut de Linquat,

(c) uid. Zigler. d I.M. Boehmer. l.c. §. 56. sqq.

(d) uid. Huber. l. 3. S. 1. c. 2. §. 11.

(e) id quod tamen in dubio non est prae sumendum

(f) conf. Boehmer. l. c. §. 25.

linquat, qui eam negligit, si de hac Principe uoluntate appareat, et uiolatio legis cum contemtu legislatoris coniuncta sit<sup>(\*)</sup>.

<sup>(\*)</sup> Interdum tamen non tam iniuste quam imprudenter agit; qui legem uiolat, si irritum contra legem contrarium ineat.

7. Legem etiam duram, et quadammodo iniquam, subditi sequi debent, iniustum plane, non aequem: quales dari et supramonitum est, et *Lib. IV.* euincetur.

### III.

Nec constare potest Reipublicae sua tranquillitas, si cuilibet ius sibi dicere, priuatamque exercere vindictam, liceat. Maiestati ergo summa potestas Iudicaria competit, cui cuius iudices constituit, lites subditorum dirimit, uim priuatam prohibet, ius suum cuique tribuit.

1. In statu naturali quilibet ius suum vindicat; sed haec multarum turbarum occasio. Quilibet enim in sua causa iudex benignus, et suspectus est, iudiciumque hoc priuatum in iusta quoque causa existum habere nequit, nisi potentia adsit iudicatum exequendi. Maiestas ergo priuatam iudicandi potestatem subditis admittit;

mit; unde nemo potest sibi ius dicere, ac defensio tantum, non aequa vindicta, in Republ. permissa est (g).

2. Princeps igitur solus constituit magistratus, iudicia inferiora et superiora: Quae tamen singula potestati Maiestatis subsunt, eiusque nomine iudicant, frustra dissentiente *Danaco* aliisque (h).
3. Inde summa et ultima ad Principem prouocatio est, neque facile is iudici mediatore priuilegium dabit de non appellando, eoque licet concessio, cognitio tamen salua est, Maiestati, si ius non ex aequo reddatur (i).
4. Neque integrum est subditis, invito Principe aliunde ius petere, aut iurisdictionem prorogare (k) extra territorii in primis fines: arbitria etiam prohiberi et restringi possunt.
5. Ceterum ipse Princeps nulli subest iudicio, nec forum habet, in quo conueniri possit, nisi sponte se in causis ciuilibus suorum iudicio submittat.

## IV.

(g) conf. Boehmer. l. 2. c. 7. §. 2.

(h) vid. Kulpis. ad Grot. l. 1. c. 4. §. 5. p. 29. lit. e. Vitr. ad eund. p. 47. Horn. l. 2. c. 12. §. 10.

(i) Boehmer. l. 2. §. 19.

(k) conf. Huber. l. 3. S. 1. c. 6. §. 30. sqq.

## IV.

In primis uero crimina coercere Maiestatis est, ea praecipue, quibus Respublica, aut singuli etiam ciues, laeduntur. Ut enim se, uitam, membra, res, et iura sua, tuerentur homines, libertatis iactura securitatem redemerunt. Competit ergo Maiestati ius gladii, competit ius puniendi, certasque delictis poenas statuendi. Quae, licet seuerae et durae uideantur, iniustae tamen dici nequeunt, si subditis seueritas legis non sit incognita.

1. Ius puniendi non habet locum in statu naturali, sed tantum vindictae. Vnde ius coercendi, quod innocentibus tribuit *Grotius* (*l*), aequae ac bellum ipsius poenale, recte relictur (*m*).

2. Salus

(*l*) Grot. *I.* 2. c. 20. n. 3. 7. Grotium sequitur Huber. *I.* 2. S. 6. c. 1. §. 7. sq. vid. Kulpis. p. 111. lit. d.

(*m*) Grot. *I.* c. n. 38. Hennig. ad §. 40. Kulpis. p. 119. §. 7. qui bellum substituit vindicatum, de quo *Lib. III.* uidebimus. add. Boehmer. *I.* 2. c. 8. §. 1. Kestner. c. 12. §. 9.

2. Salus Reipubl. exigit, ut crimina puniantur, et improbi seueritate supplicii in officio retineantur.
3. De definitione poenae inanes apud *Grotii* interpres controversiae occurunt. *Grotius* poenam dixit malum passionis propter malum actionis (*n*).
4. Neque magis utiles sunt illae quaestiones, ad quam iustitiae speciem poenae pertineant, ubi alii pro commutativa (*o*), alii pro distributiva, pugnant (*p*); *Pufendorfius* nouam speciem excogitauit, eamque poenalem, siue vindicatiuam, appellauit (*q*).
5. Aliter hic respondendum est, si de iure condito, et poenis iure nostro constitutis, sermo sit, aliter, si de iure condendo et potestate legislatoris.
6. Ius Nat. poenarum determinationem arbitrio Principis relinquit, aequitas tamen et prudentia suadet, ut, quae Rempubli-  
cam grauiter laedunt crimina, severius,  
cetera

(*n*) *I. 2. c. 20. §. 1.* cuius definitionem *Zigl. et Felden.*  
reliquant, vindicat *Kulpis.* p. 111. lit. b. add. *Thomas.*  
*I. 3. c. 7. §. 21.* *Puf. d. Off. I. 2. c. 13. §. 14.*

(*o*) *u. Grot. I. c. n. 2.* *Kulpis.* *ibid. p. 113. lis. f. Simon.*  
*ibid.*

(*p*) *Textor. c. 12. n. 49.* add. *Thomas. I. c. §. 4.*

(*q*) *Paf. I. 8. c. 3. §. 5.*

cetera mitius, puniantur: Salus enim Reipubl., si non unica, praecipua certe poenarum causa est, saltim eo, de quo hic agimus, iure i. e. naturali.

7. Poenas capitales Ius N. non imperat, neque tamen improbat, aut damnat. Idem nullam poenam determinat, ut ne quidem poena homicidii capitalis ad Ius N. referri possit (*r*): Quae an Iure Diuino Positivo Vniuersali constituta sit, in utramque partem disputatur (*s*).
8. Id certum est, Principem posse poenam capitalem delictis constituere, quae Iure Diuino capitalia non sunt, et leuiores iis, quae Iure Diuino sunt capitalia; illud exemplum furti, hoc iniuria parentibus illata, nos docet (*ff*).
9. Sunt enim omnes poenae Iur. Nat. arbitriae, ex quo consequitur, posse diuer-sas eiusdem criminis esse poenas in diuer-sis ciuitatibus, ex quibus nec una, nec al-tera, iniusta dici possit. Imo, quae singu-lis delictis constituenda sit, ex naturali philosophia expediri nequit, cum et cir-ca

(*r*) Diss. Kestner. c. 12. §. 3. adde Theoph. *ad pr. Inst. de I. N. G. et C.*

(*s*) Negant Thomasius *in fund. h. I.* et Diss. pet. Sta-uinskius, add. Hanneken. Diss. affirmant Rechen-bergius, Beyer. c. 31. p. 42. quos satius est sequi.

(*ff*) u. Berger. *d. poena adulterii, et Bodin. d. iure in-human.*

ca delictorum, et circa poenarum, grauitatem inter homines consensio nequeat exspectari. add. L. IV. c. ult.

Dictum de crudelitate suppliciorum.

## V.

Impunitatem ergo criminum Princeps praestare nequit, sed unum uel alterum suppicio subtrahere non prohibetur. Quo nomine Ius, quod aggratiandi uulgo dicunt, ipsi competit, quod, licet Reipublicae necessitas non exigat, saluti tamen publicae non repugnat; imo communem utilitatem haud raro promouet. Prouide tamen hoc iure utetur imperans, ne spe impunitatis scelera frequentius committantur.

1. Sicut ius puniendi delicta ex necessaria Reipublicae administratione fluit: ita saluti ciuitatis nihil magis repugnat, quam scelerum impunitas (<sup>1</sup>), siue lege ea permissa sit, siue ipso facto concedatur.

2. Non

(<sup>1</sup>) ergo poenae non tantum licitae, sed et necessariae sunt, quod Grotius negare uidetur. u. Kulpis. l. c. Us. c. p. III. Zigler. p. 425. Osiander p. 1153.

2. Non tamen dispensatio est illicita (*u*), quamuis ut eo iure utatur Princeps, non sit necesse. Potest etiam absque causa fieri, licet satius sit, non, nisi ob iustas causas eam indulgeri.
3. Plane si dubium sit, an lex ad casum praesentem pertineat, non dispensationi, sed interpretationi locus est.
4. Dispensationis etiam species est mitigatione poenae, quae eam non tollit, sed minuit (*x*).
5. Locum non habet dispensatio in delictis, quorum poena Iure Diuino Vniu. definita est. Qualis non datur praeter poenam homicidii, de qua dictum est § *prae*c. (*y*).

### CAP. IV.

## DE DOMINIO EMINENTE ET ALIIS IVRIBVS MAIE- STATICIS.

### I.

**P**ertinet porro ad Iura Maiestatica dominium eminens, licet haud pauci

(*u*) conf. Huber. *I.* 3. *S. 2. c. 5. §. 10.*

(*x*) ergo Ius hoc soli Principi, non magistratui, competit. *conf. d. bis, quae ungo, sed perperam ad iurisdictio-* referuntur. *§. 14. 15.*

(*y*) *adde Engelbrecht. Palthenä, et Hoffmanni de iure* dispensandi *Disp.*

pauci dissentiant. Vi cuius Reipublicae non modo ius in res communes, sed et potestas competit rebus, quae singulorum ciuium sunt, ad commune ciuitatis commodum utendi.

1. Magno motu de dominii eminentis uocabulo *Lyserus, Hornius*, aliique disputarunt; cum ius ipsum ui imperii Maiestati competere utrique concederent (*a*).
2. Fundamentum dominii eminentis, quia Respublica unam refert personam, adeoque unum et commune habet patrimonium; quia communib[us] viribus singuli communem tenentur promouere utilitatem, ac plerique etiam proprietatem rerum suarum Reipublicae beneficio debent (*b*).
3. Dominium eminentis est uel ordinarium,  
M. uel

(a) Lyseri Diss. pro imperio contra dominium eminentis, cui accesserunt, quae Hornium inter et Lyserum hac de controv[er]sia scripta sunt Vitemb. 1673. Lyseri sententia etiam placuit Zogl. ad Grot. p. 46. et de I. Mai. l. 1. c. 4. §. 14. Felden. p. 15. Thomas ad Huber. l. 1. S. 13. c. 6. n. 38. add. Balduin. *Institution.* p. 24. sed Grotii et Hornii pluribus, Boeclero, Hobbes. c. 6. §. 13. Hennig. p. 60. Kulpis. p. 14.

(b) Conf. Hub. d. I. C. l. 1. S. 3. c. 6. §. 39. sqq.

uel extraordinarium. Hoc in casu necessitatis obtinet, ac subditis res adimir, e. g. tempore belli, obsidionis.

4. Huius iustitiam facile est asserere, modo necessitas uera adsit, ac cuius alio modo satifiat. Inde ad ius Regium refertur a *Samuele*, quamuis de Iure illo Regio uariae sint interpretum sententiae, quas aliis relinquimus excutiendas.
5. Abusus dom. eminentis est, si Princeps sine causa uni uel alteri subdito quid adimatur, quo pertinet Achabi factum, quod recte improbatur (*c*). Sed propter abusum usus tolli non debet.
6. Ordinarium dominium eminens tribuit Principi ius in res communes, publicas, et nullius. Alia est Iuris Romani de his rebus dispositio. Sed uera philosophia res communes, publicas, nullius, Reipublicae vindicat, quod ad proprietatem et usum; nisi quatenus ea subditis aliquid in illas permisit (*d*): Hinc fluit ius uenandi, aucupii, piscationis: Hinc ius occupandi

(c) Conf. Rhodii *Diff. de processu Regis Acabbi contra Nabotum.*

(d) Consentit Titius *Iur. Publ. l. 3. c. 3. Diff. Gundling. c 35 §. 208. conf. Schoepffer. d. Iur. Principis circa adespota.*

cupandi bona uacantia: Hinc domania,  
bona coronae, Iura fisci.

7. Porro ui huius iuris Princeps definit modos acquirendi, et amittendi dominii: Successiones et disponendi licentiam circumscribit, determinat: Tributa exigit, uectigalia imponit: Ius inuestiendi sibi vindicat, et subditos dominia sua a Republica cognoscere iubet.

8. Neque res sacrae, religiosae et sanctae dominio Principis eminenti sunt exentiae, circa quas Iuris, officii, et prudentiae, limites non debent confundi (e).

## II.

Competit etiam Maiestati ius circa sacra, ui cuius per ordinationes ecclesiasticas circa liturgiam et adiaphora disponere, ius sumnum Episcopale, quod uulgo uocant, exercere, ac cauere potest, ne quid sub praetextu religionis respublica detrimenti capiat. Controversias ta-

M 2

men

(e) Conf. Rhet. Ins. Publ. L. 1. tit. 2. §. 100. vs Carea.  
*de dominio rei sacrae.*

men quascunque Theologicas pro arbitrio decidendi, aliosque ad fidem amplectendam cogendi, neutquam ei absolutam licet vindicare potestatem.

1. Ius circa sacra, quod Principi competit, ab aliis nimis restringi, ab aliis ultra, quam fas est, extendi uideas. Neque ulla in parte Iurisprudentiae naturalis magis noxii sunt, quam in hoc capite, errores.
2. Princeps, qui alia, quam quibus subditi addicti sunt, sacra sequitur, in illos etiam Iura sacrorum habet, sed his ita eum uti fas est, ne uis conscientiae dissentientium circa religionem inferatur (*f*). - Itaque ordinaciones ecclesiasticas condere potest Princeps, et per eas circa liturgiam disponere, ac lites circa adiaphora decidere, modo pro adiaphoris haud habeat, quae diuersae religionis subditi legibus diuinis repugnare, licet falso, sentiant (*ff*).
3. Neque uero hic diuersa Principis, qui ueram, et qui falsam, doctrinam amplectitur, est ratio, sed utriusque in diuersa sentientes aequalis et aequae restricta, si rem ex principiis Iur. Nat. aestimes, potestas. Qui secus sentiunt, cogitare debebant,

(*f*) conf. Wernsdorffii *dissertationem de hoc argument.*

(*ff*) u. Thomas. d. iure Principis circa adiaphora.

bebant, quemlibet eam, quam sequitur,  
ueram credere religionem.

4. Tolerantia errantium Iuri Publ. Vniu. non repugnat. Imo utilis saepius, aliquando necessaria, plerumque licita est. Quod qui negant, fundamentum subruunt pacis religiosae.
5. De Iure decidendi controuersias ex instituto scriptae aliorum extant commen-tationes (g). Cauendum est, ne hic quo-que, aut nimium, aut parum, Principi tribuamus, ne aut conscientiae uis fiat, aut, ex libertate sentiendi nullis limitibus circumscripta, turbae in Republ. ena-scantur.
6. Cauendum Principi, ne sub specie religio-nis et ecclesiae noua in ciuitate existat Respublica, neue sub praetextu religionis Respublica detrimentum capiat. Vera rel-igio utilitati publicae et saluti ciuitatis non repugnat.
7. Ob haeresin solam nemo proprie puni-ri potest; error enim crimen dici ne-quit, quod poenam mereatur (h). Quas M 3 addunt

(g) Carpzovii, Schroeeri, Thomasi, Brenneysenii, aliorum.

(h) uid. Beyer. c. 30. p. 58. sqq. add. Thomas. diff. ap. haeresis sit crimen?

addunt uulgo Doctores Criminalis Iuris limitationes, non satis expeditae sunt, ac in abusum saepe trahuntur. Discedendi necessitas aliquando dissentientibus imponi potest, in primis si publica salus id postulet.

*Dictum de heretico coniuvante et blasphemante, de iure emigrandi.*

8. Iura Papalia et Episcopalia plerique Principibus protestantibus tribuunt; et competunt sane iis pleraque, quae olim Pontifex, quae Episcopi sibi asseruerunt, sed satius est hoc nomine illa non compellari (i). Pertinent pleraque ad Superioritatem Territorialem, ad Iura circa sacra, non tamen omnium eadem est ratio. Nam referuntur huc etiam, quae ex alio fonte debebant deriuari, e. g. ius annatarum, menses Papales etc. Sed pro dignitate hoc argumentum paucis positionibus exponi non potest, itaque summa capita attingisse sufficiat.

### III.

Sed et ius ac potestatem in personas singulorum ciuium Maiestas continet, ut cuius cuique suum in Repu-

(i) conf. Stryk. et Boehmer. *de hoc argum. differt.*

Republica locum tribuit, stationem assignat, honores concedit, largitur dignitates, ac uarie circa iura personarum disponit. Pertinet et huc ius sequelae territorialis, ius cogendi subditos ad militaria officia, et periculo eos obiciendi, si publica id salus exposcat.

1. De iure uitae et necis, quod ratione delicti Principi competit, actum fuit superiorius. Hic consideramus ius, quod, in omnes et singulos cites competit, cuius populum in ordines et tribus diuidit, officia, et munia publica, constituit, dignitates ordinat, alios aliis subiicit, aut praeponit.

2. Omnis dignitas in Republica a Principe est: Omnis honor ex eodem fonte fluit: Ergo et ius dignitates conferendi: Ius legitimandi: Ius adimendi et restituendi famam (k): definiendi aetatem officiis ac

M 4

fun-

(k) vid. *Dissert. nostr. de Iure Principum Imperii restituendi famam. §. 2. et diss. de his. quae vulgo, sed perperam, ad iurisdictionem referuntur. Opusc. Iur. Publ. T. I. Sect. III. et IV.*

functionibus habilem: dandi aetatis ueniam: de proëdria decernendi (*l*).

3. Sed et ius sequelae, ius auocandi et reuocandi ciues (*m*), conducendi et cogendi milites, inde fluit.

4. Ciues singuli pericula Reipublicae causa subire, et patriae salutem, uel cum incommodo suo, tueri debent, ad quod, si officio satisfacere recusent, a Principe compelli etiam possunt.

5. Vtrum ciuem innocentem hosti tradere, aut deserere liceat, in utramque partem disceptatur (*n*). Durum id uidetur, iniustum, si necessitas omnino postuler, dicere non ausim.

## IV.

Haec sunt potissima iura, quae augustum Majestatis nomen completitur. Minora, quae uocant, regalia,

(*l*) conf. Boehmer. *l. 2. c. 6.* Huber. *de Iure ciu. l. 1. f. 3. c. 7. et* Beermann. *d. Imperio Maiest. in perf.*

(*m*) *bid. Beyer. de iure auocandi ciues, et Horn. de desertoribus ciuitatis. Be. ger. d. iure territoriali operarum.*

(*n*) Neg. Zigler. *et* Osiander, Felden. Henniges *ad Grot. l. 2. c. 25. §. 3.* Crellius *Diff. pcc. Affirm. Kulpis. p. 135.* Grasw. *p. 272.* Schultz. *de uocantis et inuocantis deditione.*

galia, facile ad haec capita reuocari, et ex his iuribus poterunt deduci. Ius belli autem et legationum, licet ad Maiestatica iura sine dubio pertineat, non tamen ad potestatem Principis in subditos, sed ad ius Rerumpublicarum inter se, referendum est, de quo libro sequenti differemus.

1. Iura praecipua Maiestatica commemoramus, sine quibus Respublica nequit consistere. Reliqua ex his fluunt, atque facile ad ea reuocari possunt.

*Dictum de iure ciuitates condendi, nundinas concedendi, Academias constitueri, fortalitia exstruendi, confiscandi etc.*

2. Consideramus h. l. iura Maiestatis respectu habito ad subditos. Ratione aliarum Rerumpublicarum competit Maiestati ius belli, ius legatorum, ius foederum. Quae iura Maiestatis transeuntia non nulli appellant (o). Fluunt ex habitu Rerumpublicarum inter se, et eorum statu naturali, de quo in iure gentium dispiciemus.

3. Competit tamen occasione istorum iurum Principi in suos ius conducendi: Ius

(o) uid, *Tis. Ius Publ. L. IV. cap. 3. adde supra p. 167.*

metallorum: Ius cogendi ad officia militaria; etc. quamuis ea ex iis, quae antea commemorauit, deduci facile atque ad ea reuocari possint.

### CAP. V.

## DE FORMIS RERVM PUBLICARVM ET IN PRIMIS DE IVRE DEMOCRATIAE.

### I.

**E**xposuimus hactenus iura Maiestatica ad Reipublicae administrationem et conseruationem necessaria. Subiectum, quod haec iura exerceat, populus determinat suo arbitrio. Vnde varie Rerum publicarum oriuntur formae: Simplices aliae, aliae mixtae. Illas in Monarchica, Aristocratica, et Democrica, imperia diuidunt. De quibus singulis ordine agemus.

i. Materiam hanc vulgo ad Politicam vias referri. Proprie ad Ius Publicum Vniuersale pertinet. Politica enim ea tantum,

tum, quae utilia sunt, non quae iusta, tradit. Itaque, quae forma alteri praeferri debet, quae singularum commoda sint, et incommoda, ad Politicam pertinet indagare, quid iuris sit circa eas, Nat. Iuris Prudentia docet.

2. Formae Rerumpublicarum infinitae sunt, si mixtas in primis consideres, cum mixtura uariis, imo innumeris fere, modis fieri possit. Sed de his infra ex instituto. Simplex dicitur, ubi omnia Iura Majestatica eidem subiecto competunt, et ab eo solo exercentur, siue id unus constituat, siue plures, siue omnes.

## II.

*Democratia* seu imperium populi obtinet, quando singuli patresfamilias in exercitio Iutium Majestaticorum concurrunt. Proxime haec forma ad naturalem libertatem accedit, adeoque sine dubio iis, qui suo arbitrio in Rempublicam se conferunt, in primis placet, eadem tamen incommodis quoque status naturalis uix ubique satis medetur, facile turbatur, mutatur, dissoluitur.

i. An-

1. Antiquissimam formam esse Democratici imperii probabile foret, nisi historia sacra et profana coniecturam praestaret, regna fuisse antiquiora.
2. Populus iura Maiestatica exercet in comitiis. Neque ramen ex comitiis inferri potest ad formam popularem.
3. In Democratisa absoluta quilibet paterfamilias ius habet comitiorum, ius uotū et consultandi de rebus grauissimis: Omnes magistratus et iudices subsunt prouocationi ad populum: Plebiscita ius constituunt: Belli et pacis penes turbam ciuium est arbitrium: Omnes sibi inuicem sunt aequales. Quibusuis ad dignitates patet aditus: Non genus, non census, dat honores.
4. Multa in Democratisa libertatis naturalis sunt ueftigia, quae tamen non impedijunt, quo minus Democratisae sint uerae Respublicae.
5. Domesticum malum huius formae, seditiones, factiones, tumultus; unde facile in Monarchiam, facilius in Aristocratiam, aut mixtam Rempublicam, degenerat, aliquando et in naturalem statum dissoluta compage recidit (a).

## III.

(a) Conf. Hobb. d. Civ. c. 10. §. 10. sqq.

## III.

Leges status Democratici fundamentales sunt: *Maiorem partem concludere, eique ius esse reliquos etiam inuitos adigendi ad obsequium; Praesentes etiam absentes obligare; Comitia esse frequentia, aut Statuto quotannis tempore habenda, aut praeuia conuocatione, ab eo facta, cui populus hanc potestatem contulit; Neminem in alios, aut prae aliis, sibi ius arrogare debere; Ordinem in uotis dicendis obseruandum, confusionem ac turbas evitandas.*

i. Regula iuris nat. est: Maiorem partem concludere, quia alias nihil plane ageretur; quia melior quoque sententia praesumitur, quae est plurium (b). Quae regula etiam extra ciuitatem ualeat in societibus, quae commune corpus constituant. Fallit tamen in rebus, quae non sunt iuris humani (bb), et ubi aliud convenit.

(b) uid. Boehmer. *P. Spec. l. 1. c. 3. §. 21. et Horn. de paribus iudicium sententiis.*

(bb) e. g. in causis religionis.

uentione, uel lege, constitutum. Pars maior dicitur, quae numero uincit, neque enim hic aestimantur, sed numerantur uota, quae si paria sint, nihil agitur (c).

2. In comitiis populi, qui praesentes sunt, omnes repraesentant: Absentes suo iure uti non uelle censemur, nisi praesentibus uota sua commiserint, quod licitum, ubi aliter non est constitutum.
3. In Democratia nihil fere momenti quod alicuius sit, nisi in comitiis, peragi potest. Quare et stata et frequentia ea esse expedit.
4. Quod si certum tempus habendis comitiis lege definitum non sit, eligi solent, qui habeant ius populum conuocandi. Populus tamen coire etiam extra ordinem in Democratia potest, ita primis si non conuocet, qui debebat (d).
5. Aequalitatis maxima in Democratia habenda est ratio, ne potestas Iura Maiestatica exercendi ad paucos perueniat: Caueendum ergo, ne constituantur iudices, aut duces perpetui, ne cui magistratus prorogetur, ne qui ab honoribus excludantur; danda opera, ut conatus ambitionum

(c) vid. Coccei, *de Calculo Mineruise*.

(d) u. Huber, l. 1. s. 8; c. 4. n. 21. sq.

forum reprimantur, factiones coērcentur: Non tamen suspicionibus nimium deferre fas est, quo malo plerasque populares Respubl. uideas laborasse (*e*).

6. In magnis ciuitatibus per Curias, Centurias, Tribus, populus sententias dicit, ut collisiones euitentur (*f*). Ochlococraticum dicitur imperium, ubi sine ordine, et perturbam, omnia aguntur,

## IV.

Nemini autem ius comitiorum et potestas deliberandi de Republica in Democratia competit, quam ciuibus, qui intra numerum sunt, non peregrinis, aduenis, incolis. Imo, cum raro Democratiae simplices et absolutae deprehendantur, in haud paucis imperiis populibus non omnes ciues ius comitiorum habuisse, obseruare licet, sed eos tantum, qui aut fundum certum possidebant, aut censum lege determinatum praestare poterant.

i. Ci-

(e) conf. Hert. p. 2. seqq. 8. Hobb. I. c.

(f) conf. Huber. I. 1. f. 8. c. 4. n. 49. sqq.

1. Cives in Democraticis imperiis solent in certas classes, curias, centurias, aut tribus, diuidi: omnes tamen in Democratis simplici ius uoti ex aequo habent, nulla inter ordines praerogativa obtinet.
2. Feminas, impuberes, minores, in plerisque Rebus publicis ius comitiorum non habuisse, historia docet. Quae omnia a conuentione et lege ciuitatis pendunt (g).
3. Inde alibi indigenae ascitiis ciuibus præferuntur, alibi hi illis exaequantur. Videas etiam interdum ius ciuitatis secundum agrorum et fundorum proportionem ad certum numerum restringi, ex una familia non nisi unius suffragii competere.
4. Non quaevis inaequalitas statum Democraticum tollit, licet eum limitet.

*Dictum de Timocracia, Politia urbica, sparsa per uicos, temperata per Senatum, Praesides aut Ducem (h).*

CAP.

(g) conf. Huber. l. i. f. 8. c. 4. n. 27. sqq.

(h) Hert. p. 2. f. 9. Huber. l. c. c. 5. 6.

# CAP. VI.

## DE IMPERIO ARISTOCRATICO.

### I.

**A**rocratia siue optimatum imperium obtinet, ubi Maiestatica iura non ab omnibus, sed a praecipuis ac potentioribus ciuibus exercentur. Non aequa haec forma turbis ac tumultibus obnoxia, quam populare regimen; eadem tamen suis quoque incommodis premitur. factionibus facile scinditur, facile turbatur et immutatur.

1. Non ex habitu externo, senatu, magistris, diiudicanda est Aristocracia, sed ex administratione iurium Maiestaticorum (a).
2. Ex Monarchia ortam contendit *Boehmerus* (b), sed sine probabilibus argumentis, ex Democratia subnatam probabilius est (c), sed aequa tamen incertum.

N

3. For-

(a) *uid. Kulpis.* p. 23. §. 8. lit. q.

(b) *Boehmer. P. Spec. l. I. c. 3. §. 17. lit. g. p. 211. sc.*

(c) *Puf. l. 8. c. 5. §. 4.*

(GRIBN. L. N.)

3. Formae eius uariae sunt et fere infinitae. Alia est successiua; Alia electiua; Alia laxior, strictior alia, uid. §. 2.
4. Comoda et incommoda Aristocratiae explicare, comparationem eius cum Democracy et Monarchia, et inter diuersa Aristocratiae genera, instituere, ad Politicam disciplinam pertinet (*d*).

## II.

Quis numerus optimatum esse debeat, determinari nequit; adeo nulla fere Aristocratia eandem cum altera formam habet, cum et ad paucos, et ad plures ius administranda Reipublicae pertinere possit: nec ubique iidem iura Maiestatica semper exercent, sed aliae respublicae perpetuos, aliae temporarios annosque magistratus cum pleno tam et summo habent imperio. Imo et electione alibi constitui optimates, alibi successionis et hereditario iure ipsis potestatem gubernandi ciuitatem competere, uidemus.

I. In

(d) *conf*, Hobbes, c. 10, §. 19. Hert. p. 2, S. 6.

1. In Aristocracia numerus optimatum uarius esse potest, modo minor sit, quam subditorum (*dd*).
2. Dyarchicum imperium inter Monarchiam et Aristocratiā ueluti medium est, nunc ad hanc, nunc ad illam, referri potest, prout aut ex lege, uel iussu senatus, aut ex arbitrio Principis, duobus summa potestas competit. *vid. cap. sq. §. 1. n. 3. sq.*
3. Triumuiratus species Aristocratiae s. Oligocratiae est, modo trium fratribus in eodem regno imperium socium excipias.
4. Numerus optimatum alibi definitus, alibi indefinitus: Optimates ipsi saepe inaequales sibi sunt: saepe ordinibus diuisi.
5. *Principatus* ea forma dicitur, si ex pluribus optimatibus uni quaedam praecipua prae ceteris iura competant, reliqua communia omnibus sint, qualem Germaniae formam esse, *Hippolitus & Lapide* contendit.
6. Magistratus temporarii etiam Maiestatem habere possunt, si summi sint, et rationibus finito imperio non obnoxii (*e*).

N. 2

7. Opti-

(*dd*) Huber. I. I. S. 8. & I. n. 4.

(*e*) Huber I. I. S. 8. & I. n. 22. *sq.*

7. Optimates, aut sibi ipsis successores legunt, aut leguntur a populo. Neque enim ideo Democraticum incipit esse Imperium, si populus Proceres eligat (*f*), cum plerumque primi a populo fuerint constituti.
8. Vbi successiva est Aristocracia, etiam minores et foeminae in optimatum numero esse possunt, et per curatores officio suo defungi.

*Dicendum de Aristocracia Patrimoniali (*g*).*

### III.

Potestas optimatum in Aristocracia simplici eadem est, quae Regis in Monarchia, id est, quae exercitium omnium iurium Maiestaticorum contineat. Vix tamen ipsis ius erit numerum ab initio constitutum ac definitum augendi, minuendi, aut immutandi formam Reipublicae pristinam; licet,

(*f*) Huber. *I. 1. S. 8. c. 1. n. 14. sqq. add. Hert. p. 1. S. 10. n. 14 et p. 2. S. 7. n. 10. sqq.*

(*g*) de qua uid. Huber. *I. c. n. 3.*

licet, quominus ipsi magistratu se abdicent, nihil impediat.

1. Iura Maiestatica singula Optimates habent, quae Principes. Etiam ius legatum. Leges ab iis latae SCta, Magistratum edicta, uocantur.

*Dictum etiam de praecedentia legatorum, qui ab huiusmodi Rebuspublicis mittuntur.*

2. Crimen laesae Maiestatis etiam in Rem-publicam committitur, non tamen in senatores singulos (*b*) absque notatione legis.
3. Singuli Optimates iudicio uniuersorum subsunt, et conueniri ac puniri etiam possunt.
4. Si inter se dissentiant proceres, maioris partis sententia uincit, si uota sint aequalia, nihil agitur, nisi praeses constitutus sit, cuius suffragium litem dirimat; neque enim populus hoc casu arbitrium habet causam decidendi.
5. Numerum lege definitum mutare Optimates sine consensu populi nequeunt : Si

N 3 inde-

(*b*) neque enim singuli maiestatem habent, conf. Bochmer. f. 2. c. 212. lit. b.

indefinitus sit, socios sibi asciscere possunt. Formam vero mutare, aut in unum potestatem suam transferre, ipsis non est integrum (*i*). Quamuis et singuli, et universi possint magistratu se abdicare.

## CAP. VII.

### DE IVRE REGNI, IN PRIMIS DE MONARCHIA ABSOLVTA ET DE IMPERIO DESPOTICO.

#### I.

**M**onarchia unius est imperium, non tam ex regio titulo, quam ex iurium Maiestaticorum exercitio, aestimanda.

1. Monarchica imperia plurima, eademque antiquissima (*a*), firmissima.
2. Non omnis Monarcha Rex est, nec omnis Rex Monarcha: quibusdam enim summa potestas sine nomine Regis data fuit, alii regium titulum absque summa potesta-

te

(*i*) qid. tamen Huber. l. c. c. I. n. 40. sqq. ibique Thomas.

(*a*) a. Boehmer, P. Spec. l. I. c. 3. §. 13. lis. c.

te habuerunt, ut reguli *Laconum* et *Carthaginensium* etc. (b).

3. De *Condominio* siue *Dyarchia* dictum est *Cap. praecedente* §. 2. eam non semper Aristocratiam (c) constituere, exempla fratum, qui eidem regno praefuerunt, Imperatorum Romanorum, aliorumque Principum docent.
4. Forte tamen rectius dixeris, nec Monarchiam esse, nec Aristocratiam (d), nisi casum excipere uelis, si in imperio Monarchico extra ordinem duo imperarent, quem *accidentalem* concursum *Huberius* (e) uocat.

## II.

*Monarchia pura, libera, seu ab-soluta, est, ubi imperanti sine con-ditione imperium delatum, ubi q-umnia iura, quae ad maiestatem per-tinent, suo arbitrio exerceat.* Cu-  
ius-

N 4

(b) u. Aristot. *Pol. I. 3. c. 9.*

(c) conf. Boecler. *ad Grot. p. 255.*

(d) uid. Thomas. *ad Huber. I. 1. S. 7. c. 2. n. 1. sqq. lis. y. b. c. sqq.*

(e) *I. 1. S. 7. c. 2. n. 4.*

iusmodi regna constitui posse, extitisse, et extare, cum res ipsa et omnium temporum memoriae testentur, frustra sunt, qui negant, ea que impugnant, *Monarchomachi*.

1. De regno limitato *Cap. seq.* agetur: Absolutum, quod nulla ex parte limitatum est, dicimus, qualia plerumque sunt, quae ui acquiruntur. Sed et imperia, quae uoluntate populi constituuntur, possunt esse absoluta; quia populus omne ius suum in unum sine conditione transferre non prohibetur.

*Dictum de imperio Romano, et an populus Romanus per legem regiam in Augustum uoluerit omne ius esse translatum (f).*

2. Neque desunt rationes, cur populus malit absolutam, quam limitatam Principis esse potestatem, imo nec exempla, ubi regna limitata uoluntate populi absoluto Principis imperio relicta fuerunt, ut fallantur sane *Monarchomachi*, qui omnem Monarchiam absolutam pro tyrannide habent.

*Dictum de secta Monarchomachorum (g): De Stephano Junio Bruto,*

*Bu-*

(f) quod recte negat Schoockius de quadruplici *Lego Reg. diff.* Huber. *digress. P. I. L. I. cap. 27. seqq.*

(g) *Observ. Halkens. Tom. VI. obs. 1. Strau. Bibl. Philos. c. 7. §. 28. Boehmer. P. Gen. c. 5. §. 20. Arndii *Bisbiac. Polis. cl. 1. gen. cl. 2. spec. p. 60. seqq.**

Buchanano, Hottomanno, Seyfello, Miltono: De Guilielmi Muëlenii et Gerardis Noodt sententia: De propositionibus Monarchomachorum: *Summum imperium semper esse penes populum: Principem male imperantem ab eo in ordinem posse redigi: Populum uniuersum Principe esse maiorem: Quemlibet Principi posse resistere, si iniusta petat: In primis Proceres regni, magistratus inferiores, Regi se posse opponere: Absolutum Monarcham esse tyrannum*, etc. et inconcinnitas singularium exposita.

### III.

Non tamen omne regnum absoluta potestate regitur; sed id tantum, ubi absque conditione Imperantibus delatum est imperium. Quod nihil impedit, quo minus etiam ad certum tempus fieri queat; modo Monarcha temporarius finito imperio ad rationes reddendas non obstringatur. Neque interest successuum regnum, an electuum sit, cum utrumque et absoluto, et temperato, imperio possit administrari.

N 5

I. In

1. In **dubio imperium potius absolutum, quam limitatum, praesumitur, cum limitatio facti sit, probarique debeat.**
2. **Monarchia temporaria cum magistratu confundi non debet. Monarcha enim temporarius is solus intelligitur, qui legibus non subest, nec finito imperio gestarum rerum rationes reddere cogitur (b).**

*Dictum de Dictatoribus Romanis. (i).*

3. **Tutores et Curatores, et qui alieno nomine imperia administrant, exercitium maiestatis habent, non maiestatem ipsam, quae penes illum est, cuius nomine administrant (k), huic etiam rationem reddunt, non ciuibus, in quos eadem illis, quae Principi, potestas competit.**
4. **Successuum regnum potest esse limitatum, electuum potest esse liberum, licet hoc rarius contingat.**

IV.

(b) conf. Hobb. c. 7. §. 16. Pufend. l. 7. c. 6. §. 15. Huber. l. 1. S. 7. c. 3. n. 3. Thomas. l. 3. c. 6. §. 122. Schwop. d. *Monarcha temporario.*

(i) de quo uid. Muller. *Diss. d. imperio dictatoris*, et quos in utramque partem allegavit Kulpis. p. 24. lit. s. qui recte negat, maiestatem ei vindicari posse, licet aliter sentiant Vitr. p. 21. Henning. p. 230. Huber. l. c. o. 4.

(k) conf. Pufend. l. 7. c. 5. §. 15. Zogl. ad Grot. p. 136. Horn. l. 2. c. 11. n. 2. conf. Grot. l. 1. c. 3. §. 11.

## IV.

Quae potestas Principis in Monarchia libera sit, ex iis, quae supra de Maiestate diximus, repeti debet. Exercet enim haec iura suo arbitrio; neque populi, aut procerum consensu opus habet; modo sine tyrannide imperio praesit, nec in serualem populum redigat conditionem. Formam imperii non magis, quam in Aristocratia Optimates, mutare potest, abdicare tamen se imperio non prohibetur, modo aut Republicae ius successorem constitueri relinquat, aut non in aliud regnum transferat, quam qui tacita voluntate populi successor destinatus est: alienandi enim, diuidendi, transferendi imperii, potestas regulariter Principi non uidetur concessa.

i. Iura et potestas Principis ita explicanda sunt, ne aut seditionibus, aut tyrannidi ansa

ansa detur, aut despoticum imperium cum Monarchico confundatur (l).

2. Abdicatio regulariter cuilibet permissa est, et sine populi consensu fieri potest (m): nisi quis promiserit, se imperium non dimissurum, hoc enim casu, quae absque consensu Reipublicae fit, nulla et irrita est abdicatio.
3. Ceterum etiam heredibus nondum natis patris uel matris abdicationem praeiudicare plerique contendunt (n), non iis, qui iam nati sunt, nisi ipsi simul iuri suo renuncient.
4. Distinctio vulgaris in patrimonialia, et usufructuaria regna ob inconcinnitatem terminorum merito reiicitur (o). Neque magis placet aliquorum de regnis fideicommissariis philosophia. Alienandi ius in dubio non uidetur Imperanti datum esse.

## V. De-

(l) *Diff. uidetur Gundling.* c. 36. n. 22. add. Thomas. *ad Huber.* l. I. S. 7. c. 3. n. 8. et 20.

(m) *conf. Obrechti Differt. d. abdicatione Caroli V.* Gunther. *d. abdicat. regni.* et Gudfr. Olearii *Diff. d. principe magistratu se abdicante.*

(n) *conf. Buddeus d. Iur. Gen. Austriac. in regno Hispan.* §. 5. *sqq.*

(o) *uid. Felden.* p. 58. *Hennig.* p. 229. *Kestner.* c. 5. §. 11. add. Thomas. l. 3. c. 6. §. 133.

## V.

*Despoticum* imperium dieitur, in quo Principi dominica in subditos tanquam seruos potestas competit. Vnde despotae potestas longe maior est, quam Monarchae. Rariora hodie huiusmodi regna sunt, extitisse olim plura, historia docet.

1. Despoticum imperium etiam dominatus dicitur. Vi huius dominii competit Imperanti ius in personas et res subditorum eminenti etiam dominio, de quo supra egimus eminentius.
2. Itaque et ius alienandi regnum, et uendendi subditos habet, non tamen ius absque causa subditos interficiendi, quod *Huberus* ei attribuit (*p*). Quin mutare formam, aut derelinquere possit imperium, non est dubitandum, quia sibi soli praeiudicat.

*Dictrum de Regno Persarum veteri, et Sinensium hodierno (*q*), ut et de Rusorum imperio (*r*).*

CAP.

(*p*) *d. Iur. Ciu. l. c. n. 17.*

(*q*) *add. Hert. p. 1. S. 11. §. 1. p. 2. S. 12. §. 1. ibique cis.*

(*r*) *Hub. l. c. n. 37.*

## CAP. VIII.

DE REGNO LIMITIBVS  
CIRCVMSCRIPTO, ET DE  
LEGIBVS FVNDAMEN-  
TALIBVS.

## I.

Potest populus omne ius circa imperium liberae Principis uoluntati relinquere; sed in imperiis, quae eius uoluntate deferuntur, nihil quoque prohibet, quo minus sub certis legibus et conditionibus Rex constituatur. Regnum ergo limitatum est, ubi potestas Principis circa iura Maiestatica non omni ex parte est libera.

I. Quia Maiestas a populo transfertur in Principem, ideo etiam ei cauere licet, quo usque Princeps liberam et solutam legibus potestatem habere debeat. Possunt ergo iura Maiestatica restringi, uel uniuersa, uel singula, ita ut interdum quaedam tantum iura absoluto regis arbitrio eximantur, interdum in omnibus eius potestas limitetur.

II. Haec

## II.

Haec restrictio potestatis summae fit pacto populi cum Imperante. Inde *capitulationes et leges fundamentales*, quibus Principem obligari, ac exercitium iurum Majestaticorum restringi posse, satis certum est, licet ab *Hobbesio* aliisque id in dubium uocetur.

1. Populus cum Principe contrahere, eum sibi, se ipsis, obligare potest. Antequam Rex regnum accipit, priuatus est, nec plus ex delatione imperii iuris consequitur; quam populus in eum cupit transferre (*a*): Vnde in regnis electiuis capitulationes, pacta conuenta, in successiuis leges fundamentales.
2. Itaque se minus recte habet *Hobbesii* (*b*) aliorumque sententia: *Haec p̄cepta non obligare*, nisi uolentem, non eum, qui illibatam cupiat habere summam potestatem.

## III.

(a) uid. omnino Huber. l. 1. S. 3. 4. 5.

(b) uid. Hobb. c. 7. §. 17. conf. ill. de Munchhausen. *Diss. de Capitulation. perpetua*, Cap. I.

## III.

An uero omnis Rex, qui populo quicquam promittit, aut iurejurando praestito, se Reipublicae obstringit, limitatum imperium consecutus esse censeri debeat? controuersia inter Doctores est quaestio. Si iurum Maiestaticorum exercitium iurata aut simplex haec promissio afficiat, restringat, limitatum; si officia Principis erga subditos tantum contineat, absolutum adhuc regnum esse existimo.

1. Promissiones, quibus Princeps aliquid pollicetur, fiunt uel Deo (c), uel populo: Sunt uel generales, e. g. *de bene administranda Republica*, uel speciales. Illae maiestatem Principis non restringunt, licet sint iuratae; cum conscientiam eius tantum obstringant, populo potestatem cognoscendi de factis Principis non largiantur: huc pertinent iuramenta regum in solennibus inaugurationum praestari solita.
2. Secus est, si Princeps quid promittat, quod liberam iuram maiestatica exercendi potesta-

(c) *uid. Vitr. ad Grot. p. 35.*

potestatem adimat, minuat (*d*), e. g. si iuraret, se leges sine consensu populi non mutaturum etc. huiusmodi enim promissa et iuramenta restrictionem summae potestatis continent.

2. Leges autem fundamentales non praesumuntur, nec earum rationem habent privilegia, quae ipse Princeps subditis concessit (*e*).

#### IV.

Si Rex in limitato imperio leges fundamentales uiulet, conditiones, sub quibus imperium accepit, negligat, quicquid ab eo contra pactum cum Republica initum suscipitur, nullum est, ciues non obligat, iniustum est. Non tamen imperio eam ob causam Rex excidit, nisi aut tyrannidem affectet, aut sub lege commissoria imperium acceperit.

1. Princeps, qui plus sibi potestatis vindicat, quam a Republica accepit, pactum cum ea

O ini-

(*d*) *uid. Kulpis. p. 25. ib. 10. lit. u.*

(*e*) *I. c. Huber. S. 3. c. 5. n. 61. sqq. Observ. Hallens. T. I. obs. 1. 2. 3.*

initum uiolat: actus, qui contra capitulationem suscipiuntur, nulli sunt (*f*), teneaturque Princeps eo nomine Reipublicae satisfacere, rem in pristinum statum redigere: non tamen ideo fas est populo, resistere Principi, aut ei aliis in causis obsequium denegare, neque statim tyrannus dici potest, qui quaqua ratione pactum cum Republica initum uiolauit.

2. Pactum commissorium dicitur, si Princeps ea lege imperium acceperit, ut uiolatis legibus fundamentalibus Princeps esse defineret. Eam plane inualidam esse contendit *Henniges* (*g*): alii tacite subintelligi volunt in capitulationibus quibuscumque: utrique minus recte.

## V.

Quis uero decidet causam, si Princeps se leges fundamentales uiolasse, in legemue commissoriam incidisse neget? Interpretatio pacti unius arbitrio uix relinquenda uideatur, multo minus plebis, noua semper

(*f*) Huber. *I. 1. S. 10. c. 5. n. 8.*

(*g*) ad Grot. *I. 1. c. 3. §. 16.* sed uid. Pufend. *I. 7. c. 6. §. 10.*

F-

per molientis, iudicio causa Principis subiici potest. Prudenter ergo egerunt populi, qui dum Principum potestatem certis limitibus includendam censuerunt, Ordines, aut Optimates quosdām ueluti inter ipsum, et Rempublicam arbitros constituerunt, quibus fas esset, quodammodo de rebus a Principe gestis cognoscere. Cuiusmodi iudicium si deficiat, nulla fere ratione Princeps, ut promissis satisfaciat, adigi, nunquam fere pacti uiolati argui poterit.

1. Grauissima quaestio, cui competat cognitio causae, si Princeps in leges fundamentales peccasse dicatur, saepius agirata, in primis ante et post regicidium Anglicanum.
2. Obligatio Principis ex pacto est, quae nimis et ultra ipsius intentionem extendi nequit.
3. Liquida ergo requiritur uiolati pacti probatio.
4. Vniuersus populus si conuentibus et comitorum iure in primis destituatur, uix poterit de uiolatis legibus fundamentalibus queri, aut cognoscere: Facile in

O 2 sedi-

seditiones et bella ciuilia erumpunt ciues, si ipsis cognitio de factis Principis relinquitur.

5. Vbi ordinēs in conuentibus cum Principe agendi, inque res ab eo gestas inquirendi potestatem habent, quae in dubio ipsis neutquam competit, facilius de violatis legibus ferri potest iudicium (b). Nunquam tamen Princeps, nisi cognita causa, etiam si lex ad sit commissoria, regno priuari debet.

*An consensus omnium ordinum requiratur, an uero hoc quoque casu maior pars decidat?*

## VI.

Quoties Maiestatica iura exercendi potestas ita circumscripta est, ut populus, aut Optimates in iis exercendis cum Principe concurrant, imperium desinit esse mere Monarchicum, ac mixta Respublica esse incipit. Vtrum uero quaeuis restrietio summae potestatis mixtam Rempublicam constituat, determino controuersia esse uidetur.

i. De

(b) u. Huber. S. 3. c. 5. n. 4. §qq.

I. De Rebus publicis mixtis infra agemus:  
 Mixtura in una Republica major, quam  
 in altera: Si a potiori fiat denominatio,  
 non potest regnum ob qualemque re-  
 strictionem summae potestatis mixtum  
 imperium dici.

## CAP. IX.

## DE IVRE REGNI ELECTIVI.

## I.

Sicuti in imperiis populi uolunta-  
 te constitutis ex eiusdem arbitrio  
 nunc libera, nunc restricta potestas  
 Principi competit; ita utrum here-  
 ditarium regnum esse debeat, an ad  
 dies uitae Regi imperium compe-  
 tere, pariter a prima populi con-  
 uentione dependet.

I. Imperia, quae ui et armis acquiruntur, he-  
 reditaria plerumque sunt. Quae con-  
 sensu et uoluntate populi constituuntur,  
 aut successiva, aut electiva (a). Vtraque

O: 3 uel

(a) utrum in dubio electiva, an successiva censeri debeant,  
 u. Boehmer. P. Sp. I. I. c. 3. §. 32. qui pro electiuis, et  
 Hobbesius, qui c. 7. §. 15. pro successiuis contendit,

uel libera, vel limitata esse, iam dicere occupauimus.

*De commodis et incommodis utriusque alibi agitur.*

## II.

Ius eligendi est originarie penes populum, plerumque tamen per Optimates, seu Proceres regni exerceri solet. Qui si dissentiant inter se, nisi aliud cautum, maioris partis sententia praeualebit.

1. Regna ab initio omnia fuerunt electiva, quae voluntate populi sunt delata. Sed eligit populus aut Principem solum, aut omnes simul ex eo descendentes.
2. Ius eligendi omnibus competit (b): nisi aut lex, aut consuetudo aliis id tribuat, aut ex Aristocracia Monarchicum imperium sit enatum.

*Dictum de Electione Pontificis, Episcoporum, Imperatoris, Regum aliorum.*

3. Maior pars dicitur respectu habito ad elegentes singulos, non ad eligendum. Itaque

(b) Huber. l. 1. S. 7. o. 5. n. 3. sq.

que si ex 10. Electoribus 4. eligant A. 3.  
B. et 3. C. A. nondum dici potest maioris  
partis consensu electus esse, adeoque reli-  
quis 6. obtrudi nequit, si hi consentiant  
in eo, A. non esse eligendum: nisi lege, aut  
pacto alia legendi ratio introducta sit.  
Quod si paria uota sint, nihil agitur.

## III.

Eligi possunt omnes, qui lege  
non sunt prohibiti, etiam ex ipsis  
eligentibus, peregrini, Principes a-  
liorum imperiorum. Electus si su-  
scipere imperium nolit, noua ele-  
ctio instituenda est. Tempus ue-  
ro, et modus eligendi uariat, singu-  
lis fere populis diuersas hic leges ac  
consuetudines seruantibus.

1. Vtrum ciuis potius, an extraneus eligen-  
dus sit; consilii quaestio est, non iuris; Ita-  
que temporis et eorum, quae circumstant,  
ratio est habenda.
2. Sibi uotum etiam quis dare potest, quam-  
uis alibi rectius Candidati ab electione ab-  
esse iubeantur.

O 4

3. Ad

3. Ad suscipiendum imperium nemo cogi potest, ne ciuis quidem, nisi pacto se singuli obligauerint ad id, si sors ita tulerit, accipiendum.
4. Solennia electionis uariant, et iuris positivi sunt: Electioni in regno limitato accedit capitulatio: et ubi in usu est, coronatio. Vtrique tamen etiam in successu regno locus esse potest.

#### IV.

Tempore interregni ad Rem-publicam credit exercitium iurium Maiestaticorum, quae per Optimates, aut Pro-Regem ea administrari plerumque patitur. Quorum potestas, nisi lege circumscripta sit, eadem est, quae Regis, rationibus tamen reddendis interdum obnoxia. Formam uero Reipublicae folio uacante mutare uniuersis quidem ordinibus, non autem Regi uicario integrum esse putamus.

1. Mortem, abdicationem, aut depositionem Regis interregnum excipit.
2. Interrex aut lege, aut electione constituitur: Interdum plures, ut in Germania duo uicarii.

3. Pro-

3. Pro - Regi in dubio, quicquid Principi licet, aequa permissum est, nisi lex potestatem eius restringat (c).

*An habeat Majestatem?*

4. Cura etiam nouae electionis plerumque ad Pro-Regem pertinet, non contra in arbitrio eius est, ius suum in alium transferre, aut circa formam Reipublicae aliquid immutare.

*Dictum etiam de Vicariatu in casu regis absentis, impuberis, captivi, aut morbo laborantis.*

## CAP. X.

### DE

## IVRE REGNI SVCCESSEIVI.

### I.

Dum de regno successuo agere est animus, non respicimus ad regna hereditaria, de quibus Principi quomodocunque disponendi, testandi potestas competit, sed ad O. 5 ea,

(c) u. *Diff. d. Iuribus Vicar. Imperii* §. 4. sq. ill. de Munchhausen *d. Vicar.* Ital. p. 53. *Diff. Titius Vin- dic.* I. P. p. 216.

ea, ubi successio ex uoluntate populi proximis defuncti heredibus defertur.

1. Regnum hereditarium dicitur alias patrimoniale, rectius alienabile: alienandi vero potestas Principi non praesumitur competere, nisi in prouinciis belli iure quaesitis.
2. In huiusmodi imperio et inter uiuos et mortis causa dispositio Principi competit (*a*), ut si omnimodo tale et absolutum sit, etiam diuidere illud; promigenito secundo loco natum praeferre; filium exheredare; regnum in filiam, aut quemcunque alium, excluso filio, transferre possit. Si nihil circa successiohem cavit, primo geniture ius obtinere uidetur (*b*).

## II.

Imperium igitur Successuum est, quod populus Regi et omnibus eius descendantibus concessit, eo, quo uisum fuit, modo: nihil enim hic

(a) *vid. Kulp. p. 67. §. 4. Boehler. l. 3. c. 4. §. 21. Huber. l. 1. S. 7. c. 6. Diff. Thomas. ad eund. n. 4. lit. c.*

(b) *Diff. Huber. l. c. n. 17. conf. Hobbe. c. 9. n. 14.*

**hic natura determinat, sed populi uoluntas succedendi ius sola definit.**

i. In regno Successuo imperium, defuncto rege, defertur descendantibus solis, non ascendentibus, aut collateralibus primi acquirentis (c).

*Dictum de formis successionis extraordi-  
nariae (d).*

### III.

Quoniam tamen vinculo unitatis, quo Respublica continetur, et uoto ciuium nihil magis repugnat, quam imperii diuisio: hinc, si dubia sit, ea censetur fuisse populi in deferendo regno uoluntas, ut non nisi ad unum perueniat imperium: unde primogeniturae ius et usu genium et ualidis nititur rationibus, ui cuius secundo, aut ulteriore loco nati, non nisi primogeniti linea deficiente, ad imperium adspicare possunt.

i. Po.

(c) conf. Thomas. ad Huber. l. c. c. 7. n. 5. lit. g.

(d) uid. Grot. l. 2. c. 7. n. 24. Pufend. l. 7. c. 7. n. 14.

1. Populus, qui uni Regi imperium tradidit, praesumitur uoluisse, ut id perpetuo sit penes unum: communio enim imperii infinita habet incommoda; et Monarchiam in Polyarchiam commutat. Diuisio autem imperii certissima regnorum est pernicies.
2. Si ergo unustantum ex pluribus filiis Regis regnare debeat, consequens est, primogenitum reliquis esse praferendum: Quia hic sua natiuitate acquisiuit ius, quod populi uoluntas heredibus Regis tribuit, et inter aequales cerera, nulla, nisi aetatis, praerogativa supereft. (e).
3. Primogenitus autem etiam is dicitur, qui natus est, antequam pater ad imperium perueniret (f). Filius primogeniti patruo praefertur (g). Si primogeniti linea exspirauerit, successio secundum lineam, non secundum gradum, defertur; unde ex descendentibus filiorum A B C, si A 6. decebat, B 7. excludet C 5.

## 4. Re-

(e) conf. Hub. l. I. S. 7. c. 7. n. 11. et c. 6. n. 38. sqq.  
Textor. c. 91 n. 33. Hobb. c. 9. §. 17. add. C. L. Stig-  
liz. d. immutabilitate Iuris primogeniturae, et Lu-  
doiph. d. Iure Primogenitur.

(f) Hub. l. c. n. 21. Menck. Contr. Iur. Nat. Diff. 2.  
th. 4. add. Vitam Matbild. ap. Leibnitz. Script. Brunsv.  
T. I. p. 197.

(g) conf. Huber. l. c. n. 12. et 28.

4. Reliquis liberis appanagium praestari sollet, cuius quantitas, si pacta deficiant, arbitrio Principis definitur.

*Dictum de Paragio et Appanagio (gg); de legitima liberorum illustrium, de maioratu, de iure dubiae primogeniturae. u. Klein. Dissert. hui. argum.*

## IV.

Eadem coniectura uoluntatis filii sequiori sexui praeferuntur: Regi enim, non Reginae, se primi eligentes subiecerunt. Vnde filiae aut plane excluduntur, aut in subsidium demum admittuntur, ex quo diuersa est agnatica et cognatica Successio, hanc Castilianam, illam Francicam nouimus appellari.

I. Filia, licet primogenita, excluditur a filio: quia patres familias, qui Rempublicam constituerunt, ab initio Reges, non Reginas sibi elegerunt. An uero filio deficiente filia admitti debeat, grauis est controuersia, si ex coniecturis ea decidi debeat, ut puta si in regno casus hic primum existat? Pro filia urgeri potest populi uoluntas, qua Regi et omni

(gg) conf. Schilter, Hert. et Thomas, *de Paragio Dissert.*

omni eius posteritati prospexit: Pro agnato sexus militat: Agnatorum sane Successio utilior Reipublicae esse uidetur, ne per matrimonium filiae (*b*) regnum in extraneum Principem transferatur.

2. Quaestio anceps est, utrum, ubi cognati ad Successionem admittuntur, cognatus propior agnatum remotorem excludat (*i*). Linealis Successio hic quoque locum habet in regnis individuis. Itaque et primogenitae filiae descendentes filiae secundo loco natae preferuntur.
3. An nepos ex sorore nepti ex fratre praeferri debeat, ambiguum est, et in utramque partem disputari potest; Feudistae communiter pro nepote pronunciant, ex Gentium Iure in regno libero non desunt pro-nepte rationes (*ii*).

## V.

Plerorumque porro populorum consensu liberi tantum ex legitimo matrimonio nati, non ex illicito concubitu suscepti, nec adoptiui ad successionem perueniunt.

1. Rex liberos suos naturales legitimare potest, si eos legitimatione opus habere censeat:
- non

(*b*) *vid.* Hert. p. 2. S. 3. n. 3. &c. 9. Hobb. c. 9. §. 16.

(*i*) *e.g.* sororis filius patruelem.

(*ii*) *add.* Stryck, *de successione seminar. in feudis prouincialis.*

non autem ad effectum successionis (*k*), nisi in regno hereditario.

2. Sed nec adoptione agnatis, aut populo ius quaeſitum potest adimere (*l*), ut ne populo consentiente quidem, filium naturalem aut adoptiu[m] in praeiudicium agnati successorem dicere possit.

## VI.

Si primogenitus uitio naturali aut aetatis imbecillitate prohibetur regnum administrare, Regis erit prouidere, quis curam regni et Regis futuri fuscipere debeat: nisi, quod in plerisque regnis obtinet, aut proceres imperii, aut proximi agnati ex legibus fundamentalibus ius administrationis sibi vindicent.

1. Vbi populus nihil determinauit, Regis est prouidere, ne quid Respublica detrimenti capiat (*m*).

## 2. Ma.

(*k*) Huber. *I. I. S. 7. c. 7. n. 8. add. Diff. d. Iure legitim. Principum Imp. §. 29. sqq. 1/ S. Stryck. d. liber. natural. Princip.*

(*l*) Boehmer. *I. 3. c. 4. §. 23. lib. d. Budd. Iurisprud. bistor. §. 116.*

(*m*) itaque tutela testamentaria etiam in regnis locum habet. conf. Hert. d. tutela regis *S. I. §. II. n. 13.* Boehmer.

2. Maiestas est penes pupillum Regem, non penes tutorem, exercitium tamen Maiestatis penes tutorem est, ut subditi illi perinde ac ipsi Principi obsequium praestare teneantur.
3. Testamentaria tutela legitimam excludit inter priuatos, inter Principes secus uidetur esse, si modo lex fundamentalis adsit, quae tutelam legitimam certis personis deferat, alias testamento paterno erit locus.
4. Si legitimus pariter et testamentarius tutor deficiat, populus prospiciet sibi et Regi (*n*).
5. Quo tempore finiatur tutela illustris, perinde per leges fundamentales definiri solet, alias tam diu durat, donec sibi ipsi et imperio praeesse possit (*o*).

*Dicatum de tutela materna (*p*), administratione tutorum et reliquis tutelae illustris capitibus.*

## VII.

mer. *l. 3. c. 4. §. 27. Diff. Huber. l. 1. S. 7. c. 8. n. 4. es*  
*Gundling. c. 28. n. 14. 17. Grotius l. 1. c. 3. §. 15.*  
*inter patrimonialia et non patrimonialia imperia distinguit.*

(*n*) alii legitimam plane non admittunt. Boehmer. *l. 3. c. 4. §. 27. lit. k. p. 651.*

(*o*) uid. Hert. *l. 2. S. 2. §. 2. Kemmerich. d. maiore aetate Principum.*

(*p*) hanc quoque admittit Hert. *l. c. S. 12.* Sed rectius alii excludunt, saltim in regnis, quae feminas a successione arcent; exempla tamen non desunt pro *Hertii sententia*.

## VII.

Vtrum quis in regno successuo pro se et liberis suis iuri et spei succedendi renunciare possit, Dd. dissentunt. Nos, liberis iam tum natis renunciationem non obesse, existimamus, quamuis eorum, qui nondum nati sunt, alia ratio esse videatur.

i. Non hic agitur de regno, cuius alienandi ius Principi competit. Sunt, qui omnem renunciationem inanem censem; sed nondum natis paternam renunciationem novere probabile uidetur, quia, quod ius quis non amplius habet, id nec transmittere potest. Non desunt tamen, quae in alteram partem urgeri possunt: Neque omnium regnorum, eadem est ratio. Liberis iam natibus ius succedendi ex prima populi voluntate quaesitum est, quod ipsis facto patris adimi nequit.

*Exempla renunciationum illustria.*

## VIII.

Si, quod saepius contingit, super successionem lis oriatur, eam, ut recte

P

Grotius

(GRIBN. I. N.)

*Grotius* (\*) censet, nec Rex, nec populus potest decidere, licet alii populi uoluntatem optimum in huiusmodi contiouersiis iudicium praestare existiment, (q). Arbitros adhibere consilii est: Gladius plerumque nodum, si solui nequeat, rumpit.

(\*) lib. 2. c. 7. §. 27.

1. Rex in regno, cuius alienandi ius habet, libere de successione disponit.
2. Voluntas prima populi ab eorum posteris mutari nequit in praeiudicium familiae Regiae, aut agnatorum. Vbi tamen populus in iuribus Maiestaticis exercendis cum Principe quodammodo concurrit, laxior aliquando eius etiam in his contiouersiis finiendis potestas est.
3. Si uterque litigantium populi arbitrio se subiiciat, nemo dubitabit, quin is libere queat regnum, cui uult, deferre.
4. Leges fundamentales in primis respicere fas est in casibus dubiae successionis, quas nec ipse rex, nec populus, etiam si consentiant, mutare potest. Vbi leges deficiunt, difficile est has contiouersias definire. Exempla in primis aliorum populorum uix sufficiunt ad probabilitatem.

C A P.

(q) uid. Boehm. P. Spec. l. 3. c. 4. §. 20. lie. u. Kestn. c. 13. n. 23. Kulp. p. 68. §. 6. Boecl. p. 335. sq. Vitruv. p. 184.

## CAP. XI.

**DE MIXTIS ET IRREGVLARI-  
BVS REBVSPVBLICIS, SYSTEMATE  
CIVITATVM PLVRIVM  
ETC.**

## I.

**Q**uando Respublica nec ab uno, nec a pluribus in solidum, regitur, sed in quibusdam Maiestatis iuribus exercendis Rex solus occupatur, in aliis Optimates, aut populus, cum eo concurrunt, aut alias ea non uno modo exercentur, Respublica mixtam formam habet. Quales et olim extitisse, et adhuc dari non paucas, existimamus, ut, qui in dubium id uocarunt, ipsis rerum testimentiis satis refellantur.

- i. Formae regulares tres: Aristocratia, Democratia, Monarchia. Quoties ergo imperium nec regnum absolutum, nec simplicem Aristocratiam, aut merum popu-

P 2 lare

lare corpus constituit, Respublica mixta uocatur.

2. Mixturae infiniti modi sunt: Interdum ea in quibusdam tantum iuribus Maiestaticis, interdum in omnibus, deprehenditur (*a*): Interdum ex omnibus tribus formis miscetur Resp. aliquando ex duabus, idque variis diuersissimisque rationibus contingere potest.

## II.

Sed nec omnis Respublica mixta, quod nonnulli uolunt, monstrosa et deformis est, licet, si tribus formis ordinariis opponatur, nihil impedit, quominus irregularis et extraordinaria dicatur, ac negari nequeat, quasdam mixturas plane inconcinnas ac deformes et publicis rebus noxias uideri.

1. Quaenam Respublica regularis, quae irregularis dicatur, quae monstrosa, difficile est definire, imo et aliquando periculosum.

2. De

(*a*) conf. Huber. *Digr. l. 1. c. 3. Kulpis, p.*

2. De naeuis Reipublicae suae queri, uel differere, non quidem semper boni ciuis officio, aliquando tamen prudentiae regulis, repugnat.

Dictum de sententia *Pufendorffii*, epocrisi *Kulpisii* et *Thomassii* (b).

3. An regnum limitatum, mixtam constituat Rempublicam, ex limitum, quibus illud circumscribitur, habitu aestimandum est. Quod si mixturae uocabulum laxius accipias, nihil obstat, quo minus omne imperium limitatum mixtum dici possit. Conf. §. praec. i. n. i. Secus est, si a potiori fiat denominatio.
4. *Hobbius* negauit dari Respublicas mixtas, sed sine probabilitatis specie (c). Incommodis laborant illae saepius, sed inde inferri nequit, huiusmodi non dari formas. Id enim contra omnium temporum memorias est differere, et contra euidentiam, ac ipsam ueritatem (d).

### III.

Dum diuersissimae sint mixtarum

P 3

Re-

(b) u. *Puf. l. 7. c. 5. §. 15.* *Kulp. et Thomas. ad Monzamb.*

(c) l. c. c. 6. §. 6. c. 12. §. 5. et *Leviatb. c. 18. c. 24.* *Bodin. d. Rep. l. 2. c. 1.* *Becmann. med. c. 24. §. 6.* *Huber. l. 1. S. 8. c. 6.* *Boelmer. P. Sp. l. 1. c. 3. §. 25. sq.* *Wernh. c. 20.*

(d) *Kulpis. ad Grot. p. 26. §. 11. et ad Monz. p. 225. Herr.*

*p. 1. S. II. §. 8. add. Zogl. d. Iur. Mai. l. 1. c. 3. §. 7.*

Rerum publicarum formae, uix dici potest, quid circa eas generatim iustum sit, nisi quod, qualiscunque deum ex uoluntate populi mixtura obtineat, etiamsi non leuibus laboret incommodis, eam seruare, nec, nisi consensu omnium, quorum interest, mutare, iustitiae conueniat.

3. Republicae mixtae sunt admodum mutabiles, ac facile uel in regulares formas, uel in aliud mixturae genus, transeunt: iure tamen formam ueterem mutare non licet, etiamsi sit incommoda, cum ius legitime quaesitum inuito eripi non possit.

#### IV.

Multum a Republica mixta *Systema* plurium *civitatum* distat: hoc enim plures Republicas complectitur, quae singulae iura Maiestatica exercent, in unum tamen corpus pacto coauerunt, ubi nihil impedit, quo minus ciuitates, quae id constituunt, diuerso iure regantur, modo communi vinculo et nexu omnes contineantur.

1. Sy-

1. Systema plurium Rerumpublicarum unum corpus, et magnam ueluti Rempublicam, constituit. Habent singulae ciuitates suas formas, easque saepius diuersissimas, habent suas separatim rationes, suam maiestatem, sed arctissimo foederis perpetui vinculo ita uniuntur, ut speciem saepius prae se ferant ciuitatis unius.

*Dictum de priscis et recentioribus Systematibus. An Germania hunc in numerum recte referatur?*

2. Systemata huiusmodi diuersas formas externas habent : nunc Monarchiae, nunc Aristocratiae, uel Democratiae, aut mixtae etiam Reipublicae habitum induunt; saepius una ciuitas plus autoritatis habet, quam reliquae omnes : aliquando ciuitates singulae non omnia iura maiestatica exercent, sed quaedam ad summum consilium Systematis uniuersi pertinent, et communis nomine peraguntur.

3. Multa hic dubia sunt et non satis expedita : *Virum subditi unius ciuitatis magis obligentur Systemati, an ciuitati sue? Virum liceat Rebuspublicis singulis a systemate recedere, si aequalis omnium sit conditio? quid si inaequalis? An uno, uel altera ciuitas eo adigi possit, ut se iudicio reliquorum submittat? An singulis ius belli, sa-*

*crorum, competit?* etc. (e) Quae omnia ex diuersitate foederis et nexus ac legibus fundamentalibus aestimanda sunt; una regula nequeunt definiri.

## V.

Differt a Systemate ciuitatum *unio* duorum pluriumue *imperiorum*, quae contingit, quoties ex pluribus Rebuspubl. una constituitur, ubi plerumque iura utriusque populi inuicem communicantur, licet alterius aliquando deterior fiat conditio. Frequentior est imperiorum diuisio, cuius causae et iustitia ex supra dictis satis possunt apparere.

1. Non agitur hic de unione, qua plura regna uni Principi parent, ac diuerso gubernantur imperio, sed qua ex duobus regnis unum fit.

*Dictum de unione Sabinorum et Romanorum, Angliae et Scotiae, Imp. Romanii, Germaniae et Italiae.*

2. Vnio fit interdum aequali, interdum dispari conditione. Itaque non semper, quod

(e) u. Boehmer. *P. Sp.* I. 2. c. I. §. 14. p. 315.

quod *Grotius* existimauit (*f*), in huiusmodi unione unus populus ius suum amittit.

3. Jus uniendi competit Regi in regnis absolutis, in aliis procerum populue consensu requiritur.
4. Diuisio in regno alienabili saepius, rarius in aliis imperiis, contingit. Efficit, ut ex una Republica due pluresue oriantur.

## CAP. XII.

### DE OFFICIO ET IURE SVBDITORVM.

#### I.

**E**gimus haec tenus de iure summae potestatis, de diuersis Rerum publicarum formis, ac legibus, quibus earum uis et sanctitas continetur, consequens est, ut de subditis etiam dispiciamus, id est, de iis, qui ad exercitium iurium maiestaticorum

P 5

non

(f) l. 2. c. 9. §. 9. conf. Kulpis. p. 73. lis. c.

non concurrunt, sed in quos iure ex potestate sua Maiestas utitur. Quorum officium in eo potissimum consistit, ut auctoritatem imperantium agnoscant, ut ei se submittant, obsequium legibus non plane iniustis libenter praestent, ac pietatem et reuerentiam imperantibus debitam religiose seruent.

1. Ii quoque sunt ciues, qui iura aliqua Majestatis *Reipublicae nomine* exercent, imo aliquando, et qui coimperant, ut dictum est in *Cap. d. Aristocratia.*
2. Officia erga Principem ab aliis nimium extendi, ab aliis nimium restringi solent.
3. Primum officium est agnoscere Superiorum, quod ad omnes pertinet, qui sunt in territorio. Ergo multo magis ad ciues natos.
4. Ex hoc fluit, Imperanti obsequium praestandum esse, nisi liquido pateat legem esse iniustum. Qua de re iudicium ferri a quocunque certa ratione posse, nolim omnino negare (*a*).

*Dictum*

(a) Conf. *Disp. nostr. de eo, quod aequum est circa fer. ex cust. dilaps. §. 1. sq.*

*Dictum de officio boni ciuis secundum singula iura Maiestatica: De crimen laesae Maiestatis.*

## II.

Porro boni ciuis officio conuenit patriae utilitatem pro viribus promouere, erga reliqua Reipublicae membra modeste, socialiter, amice, se gerere, tum pro officii et status ratione suo munere diligenter & fideliter fungi.

1. Ciuium officia alia sunt erga Principem et Rempublicam, alia erga ciues et se ipsos. Diuersa omnia ab Officiis hominis in statu naturali.
2. Huc pertinet obligatio illa erga patriam (*b*), quamvis Reipublicae nomen sanctius, quam patriae, uideatur.
3. Qui nihil ad communia commoda Reipublicae conferunt, boni ciuis officio non satisfaciunt.
4. Ciues nostri alii superiores sunt, alii aequales, alii inferiores; illis obseruantiam, et obsequium

(b) de qua *Pufend.* aliique egerunt ex instituto. conf. *A. Leyseri Progr.* d. ficta obligatione erga patriam.

sequium etiam interdum, his amicitiam, et  
beneuolum animum, testari conuenit.

*Dicatum de muneribus publicis: De obli-  
gatione eorum, qui illis praesunt: De of-  
ficio iudicium, clericorum, militum (c).*

### III.

Haec sunt ciuium, quae potissi-  
mum expendi merebantur, officia.  
Iura eorum sunt uaria, quae ex offi-  
cio summarum potestatum et inde-  
le cuiuscunque Reipublicae pos-  
sunt intelligi. Sed, quae ex diuersis  
imperiorum formis oriuntur, iura  
superius fuerunt exposita; ciuium  
vero priuilegia priuata exponit lu-  
risprudentia. De pactis ergo et  
contractibus Imperantis cum subie-  
ctis hoc loco iuuabit dispicere. Ex  
iis obligari Principem credimus, sed  
obligatione, quae ius exigendi non  
tribuat: imo et ipsum quoque con-  
tra-

(c) uid. Pufend. d. Off. H. et C. l. 2. c. 18. Haber. l. 2.  
S. 2. c. 5. et l. 13. S. 1. c. 5.

tractum, si salus publica id postulet, a Principe rescindi posse putamus.

1. Respublica tenetur, ciues defendere contra iniurias aliarum Rerum publicarum, priuilegia ciuium tueri.
2. Paetia, quae cum populo ante suscepitum imperium fuerunt inita, obligant tanquam leges fundamentales. Sed et ea aliquando, quae post delatum imperium cum uniuerso populo, seu cum Republica, contrahuntur. Alia est ratio paetorum et contractuum, qui cum singulis fiunt (*d*). Ex his Princeps in conscientia quidem obstringitur, sed, nisi sponte promissis satisfaciat, ad id compelli nequit (*e*).
3. Ceterum ualent contractus Principum absque solennitatibus initi, quas alias leges requirunt, cum contractus Principum legibus non subsint, unde ipsa pacta Principum leges a nonnullis appellantur (*f*).
4. Nulla sunt huiusmodi paetia, si dolo sint elicita : Rescindi etiam possunt ex iure domi-

(*d*) conf. Kestneri *Disp. de contractib. summar. potest.*

(*e*) Kulpis. p. 91. §. 3.

(*f*) uid. Hennig. et Zigler. *ad Grot. l. 2. c. 14. §. 9.*

dominii eminentis, ob salutem publicam,  
aut ob delictum etiam subditi contrahen-  
tis (g).

*An et ob laesionem immodicam, aut ne-  
tatem Principis minorem (h)? De pa-  
ctis Rerum publicarum inter se agetur in  
Iure Gentium.*

## CAP. XIII.

### DE TYRANNIDE.

#### I.

**C**laudat tractationem hanc foe-  
dum & atrox tyrannidis no-  
men, quod et eos continet, qui  
modis illicitis occuparunt impe-  
rium, et, qui legitima potestate tur-  
pissime ac crudelissime abutuntur:  
hos tyrannos in specie, illos inua-  
sores imperii, appellare solent.

i. Ty-

(g) Kulpis. l. c. lit. m. Osiander p. 1007.

(h) affirmant vulgo, vid. Kulpis. ad Grot. l. 2. c. 14.  
p. 190. sq. §. I. sed rationibus non idoneis.

1. Tyranni nomen olim quemlibet Monarcham exprimebat.
2. Infinitae de tyrannis querelae sunt. Saepe optimis Principibus hoc nomen ab improbis ciuibus tribuitur (*a*). Tyrannis alia in acquirendo, alia in administrando imperio exercetur (*b*).

## II.

Inuasores ergo imperii sunt, qui libertatem ciuium, aut Reipublicae, inuadere, opprimere, aut legitimo Principi ius quaeſitum adimere, eiusque potestatem sibi arrogare praesumunt. Qui cum nullo iure, sed sola nitantur potentia, impune repelli, et a quoquis opprimenti possunt.

1. In Democraticis et Aristocraticis imperiis, qui Monarchiam molitur, tyrannus dicitur, in illis etiam, qui Aristocratiam affectant.

*Dicitur de 30. tyrannis Atheniensium,  
De tyrannide Cæsaris et Augusti.*

2. In-

(*a*) vid. Milton. *scripta pro populo Anglicano.*

(*b*) Illos titulo, hos exercitio tyrannos uocant. Hert. p. 1. S. 12, §. 15. et p. 2. S. 23.

2. Invasor regni, si ciuis sit, rebellis est; si extraneus, qui ius armorum habet, hostis; si eo destituatur, invasor in specie dicitur (*c*).  
 3. Huiusmodi invasor a quocunque ciuium interfici potest, in primis iussu Reipublicae, aut Principis legitimi, accedente (*d*). Atque huc pertinent LL. de occidendis tyrannis, quales Graecia olim tulit; prae-mio etiam tyrannicidis constituto.

### III.

Sed in Rebuspublicis popularibus quidem, ac Optimatum imperio, ius hoc invasori resistendi eo usque durat, donec ciuitas fessa libertatis in uiolentam potestatem consentiat, atque invasorem legitimum constituat Principem, quod homagio, aut alia euidenti declaratione, solet contingere. In Monarchia autem legitimi Regis uoluntas ut accedat, necesse est, sine qua nec

(*c*) conf. Pregizer. *d. Tyrannid.* §. 3. *sqq.*

(*d*) conf. Huber. *I. I.* S. 9. c. 4. n. 3. *sqq.* n. 24. *sqq.*  
Kestner. c. 7. §. 20. Kulpis. p. 29. §. 3. add. Foerstner. *ad Tacit.* p. 25.

nec promissio, nec iusurandum ci-  
uium, aut ipsos obligare, aut inua-  
denti ius tribuere ualeat.

1. Tacitus etiam consensus inuasionis uitium  
purgat, modo coactus ille non sit, sed li-  
ber et euidens (*e*). Itaque ex eo solo,  
quod libertatem vindicandi occasio defi-  
ciat, colligi is nequit.

*As consensus populi inuasori sufficiat  
etiam in foro conscientiae (f).*

2. Si dolo elicitus consensus sit, ut puta, si  
per errorem quis pro legitimo Principe  
habituit imperium occupauerit, consensus  
ille inualidus est.
3. Homagium inuasori praestitum nequit  
adimere legitimo Regi ius suum (*g*). Imo  
is et prohibere potest, ne id praesteretur,  
et praestitum contra eius voluntatem irri-  
tum est (*b*), imo et iniustum.

## Q.

## 4. De

(e) *vid. Huber. I. 1. S. 9. c. 1. n. 15. sqq.*

(f) *vid. Osiander ad Grot. I. 1. c. 4. §. 15. Obs. un.  
Sanderson. de Conscientia p. 176.*

(g) Samuel Coccei. *de Regino Vsurpataris* §. 17. *sqq.*  
Abicht. *Disp. de homagio inuasori praefito.* Kestner.  
*c. 7. §. 21.* Hennig. *p. 305.*

(b) perinde quae ab eo gesta sunt, irrita sunt, et ad  
Principis arbitrium pertinet, quoisque ob utilitatem  
publicam ea sustinere uelit. *vid. Coccei. I. c. Boecler.  
ad Grot. p. 299.*

(GRIBN. I. N.)

4. De eo tamen dubitandi causae non defunt. An ciues inuasori se possint submittere, si Princeps legitimus eos nequeat tueri? An in casu necessitatis consensus Principis praesumi possit et debeat (*i*)?

#### IV.

Tyranni exercitio dicuntur, qui imperio legitime quaesito in perniciem Reipublicae abutuntur, qui publicas priuatasque ciuium fortunas euertere, eorumque bona ac uitam suae libidini consecrare, salutem Reipublicae susque deque habere, non dubitant.

1. Definitio tyrannorum difficilis: Exempla passim memorantur (*k*), sed pleraque dubia sunt, et ineerta. Neque enim qui in unum, vel alterum, ciuem crudelis extitit, statim tyrannus dici potest.

2. Non in regnis solum, sed et in Aristocraticis imperiis, tyranni occurunt. In limitatis imperiis saepius ad tyrannidem referuntur, quae summo iure fiunt in absolutis.

#### V.

Sicuti autem in primis in absolutis

(*i*) uid. Coccei. I. c. §. 44.

(*k*) uid. Huber, I. I. S. 9. s. 2.

lutiis regnis de tyrannide non, nisi difficillime, ferri potest iudicium, cum ciuib[us] in actus ac rationes Imperantis uix liceat inquirere: ita, si tyrannis manifesta sit, populo resistendi iugumque excutiendi potestas denegari nequit; si modo uniuersam Rempublicam opprimere conetur tyrannus, ac ciues in conseruanda salute patriae ulterius, quam necessitas exigit, haud progrediantur.

1. Quid singulis liceat, si tyrannis non Rempublicam, sed ipsos tangat, supra dictum est, dictum etiam de moderamine inculpatae tutelae aduersus Principem.
2. In absolutis imperiis uix est, ut de tyrannide certo constare possit. Nam, non suspicionibus, sed luculentissimis probationibus opus est.
3. Quod si de ea omnibus constet, saluti suae prospicere ciues non prohibentur (<sup>1</sup>).

Q 2

PRIN.

(1) conf. Huber. de Iur. Civ. l. 1. §. 9. s. iii.  
Aue Thomas.

PRINCIPIORVM  
IVRIS PRUDENTIAE  
NATURALIS.

LIB. III.  
DE IVRE GENTIVM.

CAP. I.

DE IVRE GENTIVM IN  
GENERE.

I.

**P**ostquam hominum non modo, qui in naturali libertate constituti sunt, obligationes, sed et Reipublicae, Imperantium, et subditorum iura prioribus libris exposuimus, consequens est, ut ciuitatum inter se vincula et conditionem secundum Iuris Naturalis principia paucis expendamus. Cuius pars, quae circa haec officia occupa-

cupatur, *Iuris Gentium nomine* appellari solet.

1. De scriptoribus Iuris Gentium alibi ex instituto. Ius Gentium dicitur etiam Ius belli et pacis: Ius Naturale ciuitatum (*a*). Idque pars est Iuris Naturalis.
2. Accipitur saepius improprie hoc uocabulum pro Iure Ciuii multarum gentium: pro consuetudinibus arbitrariis gentium: In Iure Romano plerumque pro ipso Iure Nat. (*b*).

## II.

Ita enim persuasi sumus, Ius Gentium partem esse Iuris Naturalis, adeoque et Diuinum ratione originis, et connatum, et perpetuum, et uniuersale.

1. Plerosque uideas secus sentire (*c*), qui ius humanum diuidunt in Ius Gentium et Ius Ciuile, ac Ius Gentium volunt esse uolun-

Q 3

(*a*) Hobb. c. 14. §. 4.

(*b*) uid. §. 1. et 11. l. d. R. D. §. 1. l. d. l. N. G. et C. add. Naevium de Iure Gentium Iustinianeo.

(*c*) consentiunt tamen Hobbes. Pufend. Thomas. l. 1. c. 2. §. 104. Budd. e. 1. §. 5. seqq. Beccan. Med. Pol. c. 2. Hedinger. Conf. p. 3.

tarium, a Iure Naturae diuersissimum  
(d).

2. Inde distinctiones in Ius Gentium primum et secundarium (e), in Ius Gentium uniuersale et particulare (f), antiquum et recentius, internum et externum.
3. Enim uero ita confunduntur consuetudines, pacta, et Ius Gentium. Externum ius, quod vocant, minus recte ius dicitur: Nec consuetudines ius faciunt inter eos, qui superiorem non habent.
4. Principium essendi Iuris Gentium est Dei voluntas, cognoscendi ratio.

*De discrimine rationis simplicis et compositae, quod hoc loco nonnulli urgent.*

### III.

Ex quo sequitur, non ex consensu gentium, siue omnium, siue moratiorum, aut pactis Rerum publicarum, ius hoc deriuandum esse,  
neque

(d) Rachelius, Zentgrau. Kulpis. Ex. I. tb. 9. p. 17.  
*ibique citati* Textor. c. I. n. 14. sq. *aliisque.*

(e) *uid.* Textor. c. 2. Meu. Nucl. I. N. et G. in sp. 2.

(f) Zogl. p. 57. Kulpis. p. 18. lit. m. Kestner. c. I. §. 29.

neque leges ciuiles plurium gentium uniformes ad hanc disciplinam pertinere, aut quae libertatis naturalis sunt, uel ex conuentione debentur, pro Iure Gentium haberi debere.

1. Diuersae sunt Doctorum sententiae de fundamento Iuris Gentium: alii ad contextum Rerum publicarum, alii ad Imperantium Sanctimoniām (g), alii ad liberam gentium voluntatem, recurrunt (h). Verum consensus pactum facit, non ius proprie dictum, nec conuentiones obligant, nisi pacientes.
2. Neque doceri potest ille gentium consensus, aut probari conuentio, unde ad tactum consensum plerique confugiunt, eundemque non omnium gentium, sed moratorum, quamvis quaenam moratores sint, non satis sit expeditum.
3. Videas et Ius Ciuiile, et consuetudines plurium saepius confundi cum Iure Gentium: Ita feuda et contractus pluri-

Q. 4. DE IURE GENTIVM.

(g) vid. Kulpis. l. c. l. 1. Hennig. p. 127. Horn. Pol. l. 2. c. 8. §. 4.

(h) Kulpis. l. c. In. k. ibique Selden. et Rachel. add. Hahn. ad Wel. tit. d. 1. et l. n. 14.

rimi dicuntur Iuris Gentium; aliquando etiam ea, quae Iuris Naturalis hypothetici sunt, i.e. seruitutes, dominia, testamenti factio. Imo ipsum ius Iustinianeum a glossatoribus quoque quibusdam Ius Gentium dictum est (i).

4. Ius Gentium pacta seruanda esse docet, non uero, quae pacti sunt, ad Ius Gentium recte referuntur.

## CAP. II.

### DE STATV NATVRALI GENTIVM INTER SE.

#### I.

**H**oc loco, quae supra de statu naturali diximus, repetenda nobis sunt, et ad Gentes applicanda. Ea enim est Rerum publicarum inter se conditio, ut ueluti personae morales, quae nullo ciuili vinculo continentur, in libertate naturali constituta videantur.

i. Res-

(i) uid. Gothofr. ad l. I. §. 3. ff. d. per. et comm. rei vind. Duck. d. A. I. C. l. I. c. 2. §. 5. sq.

I. Respublicae personae morales sunt, cum quaevis ciuitas unius personae instar sit, et unam uoluntatem habere intelligatur. Illae personae morales sunt diuersissimae conditionis: Nullo uinculo, nisi Iuris Gentium, continentur: Nullum Superiorem habent, nisi Deum: Nulla enim est gentium inter se Respublica. Hinc plures unam obligare nequeunt.

*Dic̄um de aequilibrio inter gentes (k).*

## II.

Inde est, quod quaevis gens sui iuris sit, et eatenus gentes sibi in unicem aequales, quod genti nulli in aliam imperium competit, imo nec omnibus quidem in singulas; quod singulae imperii expertes sine iudice res suas moderentur, neque reliquis ius sit rationes ab iis poscere. Vti enim singuli homines, antequam in ciuitates recedenterent, sui iuris fuerunt; ita ipsae ciuitates ueluti ueteris illius status tenent uestigia, nec, nisi Deum, Superiorem agnoscant.

Q 5

i. Res

(k) aid. Kress. Diff. d. hoc argumento.

- a. Respublica licet sit potentior, latius imperet, et viribus prae reliquis polleat, in ceteras tamen ius sibi arrogare nequit: ut nec potentior infirmorem in statu naturali recte opprimit.
- a. Omne imperium pactum presupponit: Id inter gentes deficit: Inde ne ob sceleta gentis quidem reliquis eam puniendi, aut armis inuadendi, licentia est: Neque lites inter gentes reliquae, ad quas res non pertinet, possunt ipsis inuitis dirimere, aut arbitriu[m] sibi in eas vindicare.

*Comparatio inter patres familias segregates et Respublicas inter se.*

### III.

Eum statum uero esse bellum omnium aduersus omnes, ac gentes inter se, ut hostes cum hostibus, agere debere, quod nonnulli statuant, non paradoxum tantum, sed et omnino uanum ac falsum est. Demus ipsis, naturalem statum, libertatem et aequalitatem gentium turbis saepius occasionem praestare, et expertem iudicis licentiam fiducia virium et potentiae ad arma aliis in-

inferenda excitari, demus etiam, non paucas gentes bellorum causas quaerere, et naturali ueluti nocendi studio ad dissidia ferri, non tamen ex eo obtinebunt, omnium Rerum publicarum easdem rationes, omnes alias inuadendi occasiones circumspicere, aut in singulas minus recte animatas. Sunt et intergentes, quae rerum suarum ftagant, quae cum aliis pacem sponte colant, quae alias sibi amicas et socias habeant, plerasque saltim hostili animo non prosequantur.

i. Falsum est, quod hostis sit, quisquis non imperat, nec paret. Falsissimum, quod iure pro hoste haberi et occupari possit: Nec animus et uoluntas hostilis quidem, aut in statu naturali hominibus, aut inter gentes singulis ciuitatibus recte tribuitur. Nec omnes omnibus uolunt nocere: Multo minus bellum ciuitatibus cum omnibus non indictum natura est (*a*).

*An ea Platonis fuerit sententia? An Hobbii?*

---

(*a*) *Diff.* Gundling. *Sens.* *Nat.* Hobbes. §. 37. *sqq.*  
conf. Kunholdi *Diff.* d. *statu naturali gentium.*

bii? *De latrociniis gentium inter se* (b):  
*De foederibus et causis bellorum infra*  
*ex instituto agetur.*

### CAP. III.

## DE IVRE GENTIVM INTER SE RATIONE PROPRIETATIS ET FINIVM.

### I.

**D**iximus superiore libro, naturalem statum olim non dominii modo, sed et proprietatis, fuisse expertem, adeoque communione praecessisse dominia singulorum, quae ex pacto orta sunt, aut ex lege. Quare, cum inter gentes supersint ueluti naturalis status uestigia, indagandum est, an et illis dominia et proprietas rerum suarum recte tribui, et qua ratione a communione recessisse dici possint.

i. In ciuitatibus proprietatem singulorum leges satis tuentur, quae non patiuntur domi-

(b) *vid. Gundling. l. c. §. 39. et Iac. Thomas. de latrociniis gentium. Observ. Hall. Tom. 7. obs. 6. 7.*

dominia rerum esse incerta. Reipublicae quoque non dubium inter ciues est dominium. Status contra naturalis uti imperium, ita et proprietatem non agnoscit. Expendendae igitur causae, cur communio inter gentes sublata sit, cum libertas et aequalitas naturalis supersit.

## II.

Hanc rem non satis feliciter, ut putant, expediunt, qui inter gentes nullum dominium, nullam proprietatem admittunt, qui omnem proprietatem ad leges ciuiles referunt, nec quenquam rerum suarum dominum esse, nisi inter suos existimant, reliquos nisi quibuscum foedus nobis sit, nec ius Reipublicae in prouinciam, nec singulorum dominia agnoscere teneri.

i. *Bynckershoeckii* ea est philosophia, gentes adhuc ueluti in communione constitutas, non agnoscere dominia, nisi eorum, cum quibus foedus ipsis sit (a).

*An eadem ictorum Romanorum sententia fue-*

(a) *d. domin. mar. c. i.*

*fuerit? exposita l. 7. ff. de capt. et post-lim. cum aliis, quas offert Vir Cl. Dic-tum de gentibus, quae principia haec securae uidentur.*

### III.

Infelicius progrediuntur illi, qui ex his causis latrocinia gentium inter se tuentur, qui coloniam in alienas terras mittere, nouas sedes, pristinis colonis migrare iussis quererere, fines aliorum turbare, inuadere, iusque fasque esse putant, qui res priuatorum quorumcunque, si subditi ac ciues non sint, occupari et possessoribus adimi posse contendunt, quoad foedere aliter non sit conuentum.

1. Latrocinia olim exercuere gentes, et exercere se etiam professae sunt, sed iniusta ea fuisse ex sequentibus apparebit.
2. Itaque nec migrationes et coloniae olim Graecis, Romanis, Germanis solennes, iustum causam habuerunt.

*Dic-tum de priuilegio, quod Belgae a Turcis obtinuere, ne res eorum haberentur pro hostilibus.*

### IV.

## IV.

Enim uero si uel maxime defensent solidae dominii inter gentes asserendi rationes, non erat tamen, cur eo reliquiae communionis priscae extenderentur, et turbandi fines aliorum bellumque ex cupiditate melioris sedis mouendi licentia permitteretur, cum uel sola possessio, uti in statu naturali singulos turbari prohibet, ita et gentibus eam debeat praestare securitatem, ut, quamdiu occupata loca non derelicta sunt, ab aliis inuadi nequeant.

1. Occupatio non quidem dominium, possessionem tamen tribuit.
2. Respublicae inter se priuatorum instar ueluti sunt: possidens in pari causa melioris conditionis est, et uel quia possidet, non potest sine uiolatione communis securitatis et legis nat. turbari.

## V.

Sed nec sola possessione gentes se  
tue-

tueri, existimamus, quin eaedem causae, ex quibus supra origines dominiorum deduximus, gentium etiam terras et fines tuentur. Quis dubitet, ab initio quoque, saltim inter non paucas ciuitates, limitum finiumque causa conuentiones interpositas. Plures postea foederibus conditis fines territorii alieni et iustum eius possessionem agnouerunt, omnes uero tacito consensu communis securitatis causa, possessorum dominia et imperia rata habuerunt, ut ne opus quidem sit praescriptionis, quae inter gentes alia, quam immemorialis temporis locum non habet, exceptionem allegare.

1. Obscura sunt et incerta, quae de primis gentium diuisionibus ac migrationibus afferuntur. Paestia etiam circa fines ab illis inita, si qua fuerunt, ignorantur.
2. Initia tamen fuisse, probabile est, si non cum omnibus, saltim cum uicinis, nam a reliquis minus erat periculi.

*Didicimus*

*Dic̄um de agris limitatis et arcifiniis  
(b): De fluminis, quod fines imperio-  
rum distinguit, mutatione: De limi-  
tibus prouincialibus, & iure finium pu-  
blicorum (\*).*

(\*) conf. Brunnemann. *Diss. hui.  
argum.*

3. Occupationem autem inter gentes domi-  
nium tribuere, quod plerisque placeat (c),  
uix dixerim, nisi tacitus saltim accedat con-  
sensus, qui ex immemoriali praescriptio-  
ne etiam colligitur; haec enim sola inter  
gentes praescriptio obtinet (d), ceterae  
omnes Ciu. Iuris sunt, et ad Respublicas  
non pertinent.

## V.I.

Largior tamen, superesse adhuc  
etiam inter gentes quaedam ueluti  
communionis uestigia. Nam terras  
nondum cognitas, nec adhuc oc-  
cupatas, nullius esse, manifestum  
est. Quae uero nullius sunt, ea ni-  
mirum omnibus sunt communia.

R Vnde,

(b) uid. Grot. l. 2. C. 3. §. 16. Gundling. c. 20. §. 7.

(c) etiam Gundling. c. 20. §. 2. sq.

(d) Thom. l. 2. c. 10. §. 198. Kestner. c. 2. §. 23. conf.  
Werlhof de praescriptione inter gentes. Birghden. de  
praescript. praetens. illustrum.

(GRIBN. I. N.)

Vnde, qui eas occupat, ille possessoris quidem commoda consequitur, dominium inter gentes firmius per foedera pactaque, in primis cum uicinis ineunda, obtinebit.

1. ICti res communes et publicas distinguunt, inter quas Nat. et Gentium Iure nulla differentia est.
2. Occupatio terrarum incultarum, aut incognitarum, possessionem tribuit, non dominium.
3. Multo minus autem iusta haec est occupatio, si iam ab aliis possideantur (*e*), ut Indianorum ab Hispanis; quibus nec Pontificis donatio (*f*), nec occupatio, iustum titulum tribuere potuit.

*An iure uictoriae se tueri possint?*

## VII.

Nescio, annon huc referri debeat Oceanus, de cuius libertate et dominio per integrum fere seculum, et quod excurrit, non calamis minus, quam gladiis est decertatum.

Licet

(*e*) *u*. Grot. *l. 2. c. 22. §. 10.* *ibique* Zieg. et Hennig.

(*f*) *uid.* Leibnit. *Cod. Iur. Gentium.* *T. 1. p. 472. sq.*

Licet enim partes eius forte occupatae sint, et non paucae gentes de dominio maris glorientur; oceanus tamen integer nullius dominio, aut imperio subest, sed omnibus gentibus communis, singularum usibus patet, et primae rerum communionis uestigia seruat.

1. Historia controversiae de libertate maris alibi exponitur. *Grotius*, *Graswinckelius*, *Huberus*, *Vitriarius* pro maris libertate (g), *Seldenus*, *Wetwoodus*, *Burgus*, *Schookius*, *Conringius*, *Strauchius* pro eius dominio, contendunt (h), quibus ill. *Bynckershoeckius*, sed ex diuersis principiis, accessit, qui prius fere ex Belgis has partes tuendas suscepit (i).
2. Controversia haec frustra a nonnullis ex iure Romano, quod ne sibi quidem in ea satis constat, deciditur (k).

R 2

3. Vni-

(g) Huber. *Digr. l. 4. c. 13. § 9.* Vittr. p. 76.

(h) add. Boecler. ad *Grot. p. 48.* Kulpis. p. 37. It. m. ibique rit. Zigel. Osiander, Henniges ad *Grot. l. 2. c. 2. §. 3.* Puf. l. 4. c. 5. §. 3.

(i) *Diff. d. dom. mar.*

(k) vid. h. o. *Selden. d. mar. d. c. 4.* *Strauch. l. 3.*

3. Vniuersum mare nunquam occupatum fuit, nec occupari potest, nisi ab orbis uniuersi domino: Partes Oceani occupatas esse, et occupari posse, concedo.
4. Difficile tamen est dicere, quae occupatae sint, adeo facilius est in thesi imperium maritimum, quam huius, uel illius gentis ius in hypothesi, afferere.

*Contentionis de mari Anglo, de Ligustico, Adriatico etc. historia.*

5. Vtrum id dominium rectius, an imperium appelletur? de termino lis est (*l*).
6. Sine territorio uix cuiquam competere dominium maris potest, sed huius ueluti est accessio (*m*).
7. Ratio exigit, ut ii quoque, qui certae partis Oceani imperium sibi vindicant, eo humaniter utantur.

*Dictum de modis acquirendi et amittendi maris imperium.*

CAP.

(*l*) uid. en. Strauch. d. imp. mar. c. 2.

(*m*) Diff. Bynkersh. l. c.

## CAP. IV.

DE IURE ET OFFICIIS GEN-  
TIVM IN STATV PACIFICO ABSOLV-  
TIS, IN PRIMIS DE IVRIBVS IN-  
NOXIAE VTILITATIS.

## I.

**H**is praemissis, iura et officia gentium inter se expendamus. Cum uero omne tempus uel pacis, uel belli statu absoluatur, officia quoque gentium omnia ad haec duo capita commode reuocabimus. Sed initium faciemus ab amabili pacis nomine, et, quid iustum sit inter gentes pacatas, primo loco considerabimus, cum, et pax bello prior sit, et omne bellum pacis causa geratur, geri certe non aliam ob causam debeat.

1. Recte *Grotius* libros de iure gentium, de iure belli et pacis inscripsit: Omnes enim gentes uel bella gerunt, uel pacem colunt cum aliis: Belli officia omnia hypothetica

tica sunt: Pacis absoluta pleraque et communia.

## II.

Inter gentes igitur, quae pace fruuntur, quaedam obligationes communes sunt, et omnium ueluti erga omnes; quaedam speciales, quae ex pactis ac foederibus, aut certo statu, uel conditione earum oriuntur. Communia his fere praexceptis absoluuntur, ne gens genti damnum inferat, eamque aut ciues eius laedat, sed ut comiter potius eam habeat, ac utilitatem etiam eius, si sine proprio incommodo fieri id possit, studeat promouere.

i. Sicuti hominum, ita et gentium alia officia absoluta seu communia, alia hypothetica seu specialia. Repetenda ergo hic sunt, quae libro primo de officiis absolutis dicta fuerunt.

ii. Laesioris vocabulo hic omnes iniurias complectimur, a quibus tanquam bellorum causis gentes abstinere debent.

## III.

## III.

Praecipit itaque gentium ius, ut gentes iudicium alterius Reipublicae de subditis ratum habeant, et sequantur, nullum sibi ius in alterius ciues arrogant, sanctam imperantium personam habeant, fines proprios in praeiudicium aliorum haud extendant, neque causam suppeditent, quae alendae fouendaeque discordiae, in belli flamas eruptriae, materiam praestare possit.

i. Gentium communis utilitas postulat, ut una alterius potestatem agnoscat.

2. Hinc licet ui propria leges extra territorium non ualeant; nec beneficia Principum ulterius se exerant, solent tamen mutuae utilitatis causa his quoque aliquam uim Principes in suis terris concedere, et in iudicio imperantium de suis ciuibus acquiescere.

3. Hinc nobilitatus, legitimatus, famae restitutus in uno territorio, ubique pro legitimo, nobili, et integrae famae viro, habendus est;

cum talis quisque ubique censeri debeat, qualem sua eum Respublica esse uoluit (*a*). Saluo tamen ob iustas causas aliter statuendi arbitrio, de quo alibi ex instituto.

4. Eadem utilitas poscit, ut Maiestatem, quam a populo coli uolunt, inuicem uenerentur Principes.

## IV.

Sed et ad officia haec referimus ea, quae uulgo innoxiae utilitatis dicuntur, ut liceat aliis populis ad terras nostras accedere, in iis commorari, inde se ad suos recipere, commercia cum ciuibus exercere, inire matrimonia, etc. quamuis haec ita non debeantur, ut libertas illa, propria si necessitas, aut utilitas id postulet, adimi, uel restringi nequeat.

- I. Iura innoxiae utilitatis ab haud paucis nimium extenduntur. Quaedam ex illis, quae hoc referuntur, beneficii rationem habent, quae

(*a*) vid. *Diff. d. Iurē legitim. Comit. Pal. §. 9. Diff. Voet. ad ff. tit. de Concub. §. 16.*

quae exigi nequeunt ab inuito; quaedam debentur quidem, non tamen semper, nec si incommodum inde nobis sit metuendum (b).

2. Transitus priuatorum plerumque innoxius est. Negari tamen aliquando potest. Sicuti et matrimoniorum libertas restringi, et nuptiae cum peregrinis prohiberi possunt (c).

*Dictum de raptu Sabinorum, de commerciorum libertate, et iure Principis eam coercendi.*

## V.

Inde transitum si neget Respublica, vindicari ille nequit, multo minus, ut exercitus etiam per alienum territorium, inuito eius domino, ducere iustum sit. Cum enim raro sit mere innoxius ille transitus, et iustissimae adsint plerumque eum denegandi causae, pro beneficio haberri debet huiusmodi permisso:

R 5 be-

(b) *conf.* Boxhorn. *Inst. Pol.* I. 1. c. 12. Puf. I. 3. c. 3. j.  
Thomas. I. 2. c. 6. §. 20. Hedinger. p. 2. tit. 5. §. 5. *seqq.*

(c) Budd. c. 4. §. 5. *sqq.*

beneficia autem ab inuitis extor-  
queri nequeunt.

1. Aliter *Grotius*, *Kulpinus*, et *Zollius* sen-  
tiunt (*d*): sed *Zigleri* et *Stranchii* senten-  
tia potior uidetur (*e*).
2. Si uni genti transitus concedatur, etiam  
altera eum sibi vindicat. Si utrique per  
terras exercitum transmittendi licentia  
permittatur, id sine incommodo magno  
fieri non potest, ut non raro hac ratione  
belli sedes constituatur eo in loco, per  
quem utrinque copiae ducuntur.
3. Sine denunciatione nemo transitus sibi  
vindicare potest (*f*), sed nec si absque  
iniuria negetur: Secus est, si sine causa id,  
aut cum iniuria petentis, fiat. Quae de  
uiis publicis Dd. tradunt, eas communes  
esse, falsis principiis nituntur.

*Dictum de postulato a Iudeis transitu:  
De iure occupandi castrum in territorio  
alieno.*

*CAP.*

(*d*) Adrianus Beier. et Zollius pec. differt. Kulpis. p. 38.  
ibique cit.

(*e*) Stranch. d. imp. mar. c. 8. §. 2. Gronou. ad Grot. l. 2.  
c. 2. §. 13. Zigler. ibid. p. 233. Gundling. c. 8. §. 23.  
Budd. c. 4. §. 3.

(*f*) Beier. l. c. Diff. Zoll. l. c. §. 4.

## CAP. V.

**DE OFFICIIS GENTIVM HY.  
POTHETICIS IN PRIMIS**  
**DE IVRE GENTIVM CIRCA  
FOEDERA ET SPONSIONES.**

## I.

**A**d haec communia gentium inter se officia accedunt alia, quae ex certo statu et conditione quarundam Rerum publicarum, aut ex conuentione, oriuntur, et specialia, sive hypothetica, appellantur. Solent enim de his, quae ex lege naturali aut prorsus non, aut non perfecte, debentur, gentes in uicem stipulari et pacisci.

1. Officia gentium hypothetica dicuntur, quae non omnibus, sed quibusdam debentur. Huc pertinent officia gentium iucinarum circa fines territorii: Officia, quae ex aequalitate, aut inaequalitate oriuntur.

*Dictum de potentatu: de praecedentia  
illustri,*

*illustri, eiusque fundamentis: De gentibus, quae easdem origines habent: Principibus sanguine conjunctis: Iuribus uicinorum, aliisque hypotheticis obligationibus.*

2. Foedera Gentium habent paeti rationem: Ex his quaedam nihil continent, quam promissionem de praestandis iis, quae ex lege naturae debentur, e. g. de damno non inferendo, quae pudenda Pufendorffius, (a) appellat, contra quem Obrechtus et Kulpfius (b) disputatione fecerunt. Sane opus non erat de his rebus pacta inire: Nam et inter eos, qui hostes fuerunt, pace inita ius laedandi, et damnum inferendi, etiam absque conuentione cessat.

## II.

Doctrina de foederibus gentium iisdem fere praceptis constat, quibus pacta priuatorum absoluuntur. Praecipit ergo Ius Gentium, foedera esse seruanda, quae de re licita inita, nec dolo malo sunt elicita. Error enim, aut laesio iustam a foede-

(a) *d. I. N. et G. I. 8. c. 9. §. 2.*

(b) Kulpf. p. 94. Hr. e. Obrecht. *Sponsor. pac. c. I.* Zigler. *ad Grot. I. 2. c. 15. §. 5.*

dere recedendi causam non praefat. Metus quoque bellicus, qui solus inter gentes fere occurrat, pro metu iusto, et foedera, ut bellica extorta, pro ualidis solent haberi.

1. Respublicae siue Principes paciscentes priuatorum instar se habent, atque adeo quae circa priuatorum conuentiones ius nat. praecepit, etiam ad illorum foedera pertinent.
2. Illicita foedera non obligant, e. g. quae inita sunt ad opprimendos innocentes; modo de causa eorum et innocentia liquido constet.
3. Iustam causam non habet foedus, quo a pacto antea inito receditur, nisi illud consensu mutuo sublatum sit, aut ab altero uiolatum.
4. Dolus etiam inter gentes illicitus, in primis in conuentionibus et foederibus.
5. Error non est iusta causa uiolandi pactum, nisi dolus partis alterius concurrat.
6. Nec Respublica contra Rempublicam in integrum restituitur Iure Gentium: cum restitutio sit iuris Romani praesidium, quod inter gentes nullam uim habet, et naturaliter pacta, quae nulla sunt, hoc remedio non indi-

indigeant, cetera praetextu restitutionis rescindi nequeant.

7. Ne laesio quidem ultra dimidium foederis ualiditati quicquam detrahit: cum aequalitas inter paciscentes ad ualiditatem contractus non requiratur (c).
8. Cur metus non reddat foedera gentium irrita, *lib. I.* expositum est. Sed haec ad metum belli tempore illatum potissimum pertinent. Alia ergo ratio est metus, qui extra statum belli infertur.

### III.

Licitum autem est pacisci cum quibusuis gentibus, quamcunque eae circa cultum diuinum sententiam, aut errorem, foueant. Neque enim huiusmodi foederibus, siue pacis, siue belli causa ea ineantur, leges naturales obstant, imo nec ius diuinum uim denegat; modo, qui paciscitur, nec iniustae causae accedat, nec quicquam, quod in præiu-

(c) conf. Thomas. d. corbrina arquit. l. 2. C. de re scind. uendis.

praeiudicium uergat purioris doctrinae, admittat. Nec diuersa imperandi ratio foederibus ineundis obstat, modo ius Reipublicae habent, qui paciscuntur. Quod uacante solio penes interreges est, nisi lege fundamentali potestas cum aliis paciscendi sit restricta.

1. Diuersitatem religionis non impedire, uel tollere officia gentium mutua, manifestum est. Ergo foedera Christianorum cum infidelibus inualida, aut iniusta dici nequeunt (*a*), nisi conditiones illicitae fuerint adiectae.

*Dictum de foederibus cum Turcis. Exempla exposita conditionum iniustarum. An defensionis tantum causa huiusmodi foedera sint licita?*

2. Contra, quae aduersus infideles ineuntur foedera, si ob solum dissensum eorum circa sacra ineantur, iusta dici uix possunt.

*Dictum de Philosophia Grotii, de foedere uniuersali contra hostes Christiani nominis (*b*).*

### 3. Qui

(*a*) Budd. c. 8. §. 12. *sqq.* Textor. c. 23. n. 13. *sqq.* Kulpis. p. 95. *ibique cit. conf.* Hassen. *Diff. de foed. Princip. Christ. cum non Christ.*

(*b*) L. 2. c. 15. §. 12. Kulpis p. 95. *lit. b. conf.* Zogl. p. 385.

3. Qui iura Reipublicae non habent, cum his pacisci non licet, e. g. cum subditis alterius Reipublicae, cum inuasore imperii alieni. Tutores et interreges contrahunt, sed illi nomine alieno.

*An cum subditis hostium pacisci licet?*

#### IV.

Foedera morte paciscentis non expirant, sed, nisi ad certum tempus inita sint, aut causa cesseret, ob quam Respublicae conuenerunt, perpetuo nim suam exerunt. Ad tempus inita uix est, ut, elapsō eo, tacite prorogentur: ut quaestioni bus, utrum in singulos annos facta censeatur renouatio, an ad tantum temporis spatium, quantum prima conuentione expressum fuerat? quas Dd. hic proponunt, et ex LL. Romanis infeliciter soluunt, forte non sit opus. Recedendi autem a foedere iusta causa est, si altera pars contractum non adimpleat, cum lex commissoria tacite conuentio ni-

nibus Rerum publicarum inesse videatur; quicquid circa pactiones priuatorum constituerint Quirites.

1. Foedera, nisi aliud actum appareat, realia esse creduntur (c). Respublica non moritur, itaque perpetua sunt pacta, licet paciscentes decesserint. Ergo et successores ex pactis antecessorum, publico nomine initis, obstringuntur; etiam qui ex latere ueniunt, et in regnis quoque electi uis, nisi aliud aut leges populi aut pacti ratio postulet.
2. Morte exspirant, si sint personalia, quod ex capitibus foederis est aestimandum, aut si potestas paciscentium restricta sit, ut successorem nequeant obligare. Hinc renouari foedera uidemus post obitum paciscentium, quamuis id saepius utilitatis causa, sine necessitate, fiat.
3. Societas bellicae pace facta exspirant. Perinde alia foedera uim suam amittunt, cessante uel impenetrato fine, cuius causa contracta fuerant.
4. Tacita renouatio foederis, ad certum tempus initi, infrequens est inter gentes, nec locum

S

locum

(c) *Diff.* Bodin. *d. Rep.* l. 5. C. alt. *Conf.* Textor. c. 23. n. 27. *sqq.* Gröt. l. 2. c. 16. §. 16. *add.* Textor. c. 8. §. 6.

(GRIBN. I. N.)

locum habet, nisi tabulis pacti de ea fu-  
rit cautum. (*d*).

5. Inter gentes si una pars pacto non stet, li-  
berum alteri esse puto, utrum implemen-  
tum urgere, an recederet a pacto, uelit (*e*),  
nec opus esse, ut eo nomine lex comitiis  
fornicaria conuentioni inseratur. Ceterum,  
etiamsi cautum sit, ne recedere liceat, ius  
tamen esse, suspendere executionem foe-  
deris et praestationem mutuam, quae ca-  
piti uiolato respondet.

## V.

Nihil quoque impedit, quo mi-  
nus quis pluribus se diuersis foede-  
ribus coniungat, modo per unum  
alteri ne detrahatur. Neque enim  
ualet conuentio, quae fit in prae-  
iudicium pacti cum alio iam ante  
initi. Itaque prius praferendum  
posteriori, ut uix admitti debere  
putem, quam plerique subiiciunt,  
exceptionem, nisi posterius sit ar-  
ctius, cum in fraudem prioris ar-  
ctior

(*d*) uid. Kestner. c. 8. §. 5. Zigler. ad Grot. I. c. §. 14.  
Textor. c. 25. n. 17.

(*e*) conf. Heding. sis. 7. §. 8. p. 280. conf. Kulpia. p. 96  
Kestner. c. 8. §. 5.

Etior obligatio contrahi nequeat. Quod si saluo iure utriusque praestari possit, quod promissum est, neutrui denegari debet. In causa autem iniusta promissa auxilia recusari posse, plerique contendunt, si modo fas est genti de iustitia alterius partis sententiam dicere, et fidem datam, sumto de aliorum lite iudicio, deferere. Certe, si, quod plerumque contingit, dubia causa sit, pactorum fidem seruari fas erit.

1. De concursu foederum *Albericus Gentilis*, *Grotius*, *Pufendorfius*, aliquae egerunt (f).

2. Grotii ea est sententia: posterius pactum arctius priori pacto praferendum esse, quem sequuntur plerique. Ego dederim, posteriori arctius nos obstringi posse, non tamen in praeiudicium pacti antea initi (g), ideoque posterius, licet sit arctius, non dis-

S 2 soluere,

(f) Alb. Gent. l. 3. c. 18. Grot. l. 2. t. 15. §. 13. Puf. l. 8. c. 9. §. 5. conf. Kestner. c. 8. §. 4. Ryssel. c. 29. §. 25. sqq.

(g) vid. Budd. d. contrauen. foeder. c. 2. §. 9.

soluere, aut impedire, posse, puto, vim et obligationem prioris.

3. Promissa auxilia non praestanda esse, si causa belli iusta haud videatur, uulgo tradunt Dd. Ita uero facile fuerit pacta eludere iniustitiae praetextu. Quae si manifesta sit, nolim repugnare communi sententiae. Alias cognoscendi ius socio relinquere, est in arbitrium eius collocare, quousque ex pacto inito obligari uelit.

## VI.

Nunc de interpretatione foederum videamus. Circa quod caput magno labore nihil agunt, qui fallaces, ac parum profuturas, artis interpretandi regulas cumulant, quibus nihil proficiunt, qui non iam ante, uel sine iis, ueram ac genuinam sententiam eruere ualent. Id certum est, dubium uerborum sensum non quemuis pro suo arbitrio explicare posse, sed eam explicacionem adhibendam esse, quam tempore pacti initi contrahentes intendisse ex serie tractatum, potestate man-

mandatariorum, ex ceteris pacti legibus, et ipso uerborum naturali ordine quodammodo apparet. Regulae generales pleraeque uim suam perdunt, et, si admodum causa sit dubia, nodos, quos ingenii uis soluere nequit, gladii acies scindit. Vnde praecipua uirtus est foederis, si clare et perspicue partes uoluntatem ex animi sententia declarant, nec ambiguo sermone fallen- di et eludendi fidem, occasionem aut praestent, aut quaerant.

1. *Grotius, Pufendorffius, Textor, Thomasius, Kestnerus* ac omnes fere N. Iur. Doctores prolixè caput de interpretatione exposuerunt (*b*). Sed generalia axiomata parum prosunt in ipsis rerum argumentis.
2. Regulae, quas Ius Romanum suppeditat, et Iicti cumulant, partim non sunt huius fori, partim obscurae, et ineptae.

*Dictum de restrictiua et extensiua interpretatione: De causis odiosis et fauorabilibus: De interpretatione contra eum, qui clarius loqui poterat.*

S 3

3. Inter

(*b*) conf. *Textor. c. 24. Grot. l. 2. c. 16. Thom. l. 2. c. 12. Kestner. c. 6. §. 10. sqq.*

3. Inter priuatos si non appareat, quid **actum** sit, iuriandum item saepius feliciter **expedit**. Sed inter Principes multa obstant, quae usum huius remedii uix admittuntur, in printis ubi per alios est **contratum**, ut plerumque solet contingere.
4. Inde sit, ut pacti interpretatio non raro nouum pactum postulet, et, qui viribus pollet, ius interpretandi sibi saepius non sine iniuriate arroget.

## VII.

**A** foedere differt sponsio, quæ est promissio nomine publico, sed ab iis facta, qui publica auctoritate contrahendi potestatem non habuerunt. Ex hac Rempublicam non obstringi, satis certum est, nisi putas, eam teneri rem in statum restituere, in quo fuit, antequam pactum cum sponsore iniretur. Sponsores ipsos obstringi plerique uolunt, quorum bona, imo et corpus tradendum esse ei, cum quo contraxerunt, contendunt. Ego sponsorem, qui conditionem suam non

non dissimulauit, ad industriam obstringi, puto, non ultra. Neque enim imputari ei potest, quod non praestiterit, quod nemo præstare potest, incertum et ab aliena uoluntate pendentem euentum (*i*).

1. Cum sponsore contrahere res est periculi plenissima. Neque enim ex eius promissione Respublica tenetur, ne tum quidem, si utiliter eius negotium gessisse uidetur.
2. Ut res in pristinum statum deducatur, si Resp. sponsoris factum ratum habere non licet, aequum esse uidetur. Sed non desunt rationes in partem contratiam.
3. Sponsoris deditio non iniusta est, sed nec necessaria. Imo accipere etiam deditos recte aliqui recusarunt.
4. Dolus malus a sponfione etiam abesse debet. Itaque uix officio suo satisfacit, qui Reipublicae, cuius nomine contraxit, auctor est improbandae sponfionis.

*Dictum de Caudina et Numantina sponfione (k).*

S 4

CAP. VI.

(i) *Diff. Budd.* c. 2. 3. 18.

(k) *vid. Thomas. Dispp. Kulpis.* p. 97.

## CAP. VI.

DE IVRE GENTIVM CIRCA  
LEGATOS.

## I.

**D**ictum de foederibus gentium. Solent haec saepius per legatos iniri, ut non abs re, quid circa eos iustum sit, nunc disquirendum, existimemus. Quod caput tantis difficultatibus inuolutum est a Doctoribus, ut non aliter se expedire posse crediderint, nisi speciale quoddam ius gentium a iure naturali diuersum et origine humanum effingerent, quale nullum dari *Cap. I.* huius libri ostendimus. Quas facile difficultates superaturos nos speramus, si quid Ius Naturae exigat, quid pactis cautum sit inter gentes, et quid ex mutua benevolentia sibi inuicem illæ præstent, probe discernamus.

I. Pæcta

1. Paecta inter gentes non una ratione inita uidemus. Aliquando colloquio inter Principes instituto, interdum per literas, plerumque per mandatarios, quos legatos uocant.
2. Legatos mittendi ius non haber, nisi qui maiestate gaudet (*a*). Ceteri, qui ita dicuntur, legatorum iuribus et priuilegiis non fruuntur.

*Dic̄tum de legatis Principum Imperii, et de legatis, qui Imperii nomine mit-  
tuntur. conf. Ludwig. d. iure adlegan-  
di Ordinum S. R. I.*

3. Interregni tamen tempore Respub. Ius habet legationis. Imo in bellis ciuilibus uidemus utrique parti id saepius fuisse usurpatum et concessum (*b*).
4. Ius gentium, quod nonnulli urgent, potissimum legatorum causa excogitatum uidetur, cum sanctitatem eorum ex praecptis naturalibus non satis liquido demonstrari posse Dd. intelligerent. *Kul-  
pisius* certe, et alii profitentur praecipuum caput iuris gentium uoluntarii esse de legationibus (*c*).
5. Sed non opus erat hoc commento ad Iu-  
ra legatorum afferenda, cum Leges Na-  
turae

S 5

(*a*) *Kulpis. p. 104. lit. b. c. Kestn. c. 11. §. 16.*

(*b*) *Kulpis. l. c. lit. d. Textor. c. 14. n. 7. sqq.*

(*c*) *Kulpis. p. 104. lit. a.*

turae satis doceant, qua ratione ea ex genuinis principiis tradi, et exponi debeant.

6. Nimirum officia gentium circa legatos pleraque ex pactis aut expressis, aut tacitis oriuntur.

## II.

Ius naturae prohibet, ne sine causa aditus legato denegetur, in primis, si aliorum legati admittantur, ne in iniuriam mittentis accessu is prohiberi videatur. Idem iubet, pacta seruari, expresso, aut tacito, consensu gentium inita. Ex quo fluit admisso legato solitos honores haberi, eumque non modo nulla iniuria affici, sed et priuilegiis consuetis perfrui debere.

1. Posse ex iusta causa aditum legatis negari (*d*), aut non, nisi sub certis conditionibus, legatos recipi, certum est: nec singulos modo, sed in uniuersum omnes (*e*).

Pru-

(*d*) *conf.* Budd. c. 2. §. 22. Text. c. 14. n. 22. Thom. l. 3. c. 9. §. 15. *sqq.* Gundling. c. 35. §. 158. *qui etiam* sine causa fieri id posse contendit.

(*e*) *uid.* *tamen de recusatione residentium* Kulpis. *d. legat.* Imp. c. 2. §. 14. Zigler. p. 413. Thomas. l. c. §. 25.

Prudentiae tamen regulae exigunt, ut praestent Republicae aliis officium, quod sibi uolunt praestari.

2. Ob denegatum aditum legato bellum suscipi non potest, licet plerique dissentiant; sed iuri repressaliarum locus est.

*An et legato uiolato (f), an uiolatio legati belli causa iusta sit (g)?*

3. Praeceptum de non laedendo uti ad quisuis, ita in primis ad legatos, pertinet, quorum securitatem status rerum publicarum quodammodo exigit.
4. Priuilegia tamen specialia magis ex pacto sunt, quam iure Gentium. Nam naturalis ratio suaderet quidem, ut summus honos missis a Principibus habeatur, cum intersit Principum, maiestatem eorum etiam in legatis coli, ac comiter haberi, non tamen praecise praecipit, sanctitatem eam, qua ex moribus et pactis gentium gaudent, ipsis tribui. Pacta seruari ius postulat.

### III.

(f) neg. Grot. l. 2. c. 18. §. 7. ibique Kulp. et Hennig. Aff. Cocc. d. legat. Sanct. non impuni. c. 13. §. 13. et Gundling. c. 35. §. 178. conf. Budd. c. 2. §. 23. ubi limitat in legato postea admissio.

(g) aff. Grot. l. 2. c. 18. §. 1. vid. tamen Thomas. l. c. §. 19.

## III.

Pactis enim gentium expressis, tacitisue, omnis fere legatorum sanctitas definita est. Ex his saltim inter plerasque gentes persona legati sancta habetur, ut non modo uiolari non debeat, sed ne ob delictum quidem coerceri, aut ex debito ad solutionem obstringi possit, ab eo, ad quem legatus missus est, sed eius iurisdictioni ueluti exemptus censeatur, ut in comites quoque et familiam ius dicendi potestas legato permittatur, denique ut, qui primi ordinis sunt, personam mittentis quodammodo referre credantur, et inter aequales iidem honores legatis eiusdem ordinis mutuo habeantur. Ius asyli autem non omnium gentium usui concessum est.

1. Summa pactorum tacitorum circa legatos haec est (i.) Cilibet solitum honorem abs-

absque iniuria negari non posse, si absque conditione receptus sit: (2.) Eadem privilegia, quae quis sibi exigit, aliis aequalibus praestanda, (3.) et inter legatos eiusdem ordinis, qui a potestatibus aequalibus missi, non facile inaequalitatem constituendam.

2. Legatus delinquens a suo Principe puniendus est (*b*), a quo ut auocetur, peti potest. Si hostilia moliatur, etiam tanquam hosti ei resistere licet (*i*): Si bellum inter Principes oriatur, legati excedere iubentur.
3. Regula iuris gentium: quod omnes, qui in territorio sunt, Princi subiecti censemantur, tacito pacto gentium uim suam perdit in Principibus et eorum legatis.
4. Nec ipsi tantum legati a Iurisdictione domini territorii exempti esse censemantur, sed et comites eorum, et familia omnis, in quam ipsi legato competit iurisdiction (*k*).

### 5. Cha-

(*b*) *Diff. Cocci. Diff. d. legato sancto non impuni c. 2. et 3. et Kestner. c. 11. §. 17.* Bodin. *d. Rep. l. 5. c. 6.* *Conf. Text. c. 14. n. 38.* Grot. *l. 2. c. 18.* *ibique Kulp. et Zogl. Rachel. d. Iur. Gent. ib. 67. sqq. add. Menck. Contr. d. 2. ib. 19. et III. Bynkershoeck. d. foro legatorum.*

(*i*) *Conf. Coc. l. c. c. 2. §. 19. sqq.* Text. *c. 14. n. 40. sq.* Callier. *de la maniere de negocier avec les Souverains. chap. 9. p. 104. sqq.*

(*k*) *uid. Thomas. l. c. §. 86.* Kulpis. *p. 101. §. 3.* Text. *14. n. 36.*

5. Characterem repraesentatitum ab aliis ad iura particularia referri uideas. Pertinet tantum ad primi ordinis legatos (*l*): Sed et reliqua priuilegia tantum ad eos, qui legatos se esse probant, et publicam personam publice gerunt. Vnde non quilibet mandatarius legatus est, aut legatorum iuribus perfruitur.
6. Ius Asyli ex pacto oritur, de quo nota est, quae in Aula Pontificis R. controuersia olim fuit mota (*m*).

*Dicendum de sacris Legatorum (*n*).*

#### IV.

Possunt igitur conuentione haec priuilegia augeri et minui, immo et, si pacta expressa deficiant, cuiilibet in suo territorio ea restringere licet; modo uoluntatem tempestive declareret, et ab aliis non plus sibi tribui uelit, quam illis praestat: Sed et non raro ex ciuitate et humanitate mutua quaedam legatis

prae-

(*l*) Gundling. c. 35. §. 151. sq. et Coccei. *Diff. d. boc argum.*

(*m*) conf. Textor. l. e. n. 36. et Thomas. *Diff. d. boc argum.*

(*n*) conf. Boehmer. *d. Sacris Legatorum priuatis.*

praestantur, non quod pacto gentes ad ea se obstrinxisse intelligantur, sed quod mutuo sibi honorem habere, & splendorem suis legatis conciliare studeant. Cuiusmodi humanitatis et benevolentiae officia, quae ad ius gentium ceremoniale pertinent, non est instituti nostri commemorare.

- 1. Multa quae ex pacto tacito gentium circa solemnia Legatorum obseruantur, nituntur mutua benevolentia, adeoque mutari etiam ab una parte possunt, si tempestive id et sine alterius damno aut iniuria fiat.
- 2. Variat Ius Ceremoniale gentium, et diuersissima sunt populorum instituta. Quae persequi non est huius loci.

*Dicendum de Scriptoribus Iuris huius: de Audientia: de munusculis: de dimissione: de auctoratione legatorum: de privilegiis, quibus et quoisque post missiinem gaudeant.*

## V.

Pertinet uero sanctitas legatorum tantum ad terras, in quibus quis

quis legati munere defungitur. Nam in iis, per quas transit, legati personam non sustinet, nec priuilegiis legatorum fruitur, multo minus, si per hostile territorium transire praesumat, immunitatem sibi promittere potest, cum ne Principes quidem, qui bello distrahuntur, nisi securitatem pacti fuerint, gentium iure tuti sint, si per hostis prouincias ire conentur.

1. Honor si quis legato exhibeatur ab iis, ad quos missus non est, ad ciuitatem id pertinet.

2. Inter belligerantes Ius est intercipiendi legatos, qui ab hostibus ad alios mittuntur, in primis si per terras nostras transiunt moliantur (o).

*An et ius interficiendi?*

3. Alia eorum est ratio, qui ad hostes mittuntur ab iis, qui neutram sequuntur partem.

*Virum liceat legatos admittere, uel recipere in territorio alieno? an hosti? an Villori? an legatos hostis?*

## CAP. VII.

(o) Grot. I. 2. c. 18. §. 15. Budd. f. c. §. 15. add. Strauch.  
Ex. I. P. p. 331. sqq.

*CAP. VII.*  
**DE CONTROVERSIIS  
GENTIVM.**

## I.

**D**ixi, gentium inter se statum naturalem esse, id est, ciuilis imperii expertem. In statu autem naturali foecundas suboriri lites, Lib. I. ostendimus. Quae si inter diuersas Respublicas enascantur, qua ratione, antequam in bella difficultima erumpant, componi ac transfigi queant, et quae gentium hoc casu iura & officia sint, paucis nunc expendemus.

1. De incommodis status naturalis Lib. I. c. 5.  
 De statu gentium naturali Lib. 3. c. 2. actum fuit. Is est uel pacatus, uel bellicus. Belli causam controuersiae, seu lites praestant, nisi mature tollantur.

## II.

Iudicio et processu finiri nequeunt lites eorum, qui nec forum, nec

T

lu-

(GRIBN. L. N.)

iudicem, agnoscunt. Neque enim in inuitos ius dicendi potestatem sibi gentes reliquae sumere possunt; neque aut spei locum relinquit, aut prudentiae regulis satis conuenit consilium *Grotii*, quo is inter Christianas Respublicas uniuersale tribunal constitui uoluit. Multo minus quisquam gentibus persuadebit, ut, quod omnibus litibus praesentissimum aliqui remedium esse putant, uniuersalem Monarchiam exoptent et amplectantur.

1. Genti in gentem imperium non competit: ne uniuersis quidem in singulas. Nam imperium ex pacto est (*a*): nec potentioribus in infirmiores, aut iis, qui neutrius partis studio laborant, in eas, quae litibus implicantur, tribui potest, ut ne in eam quidem, cuius ipsis iniusta causa uidetur, ius dicendi sibi potestatem arrogare possint.
2. Consilium *Grotii* (*b*) pertinet ad ea, quae sperari nequeunt, et moraliter sunt impossibilia. Vix est, ut eiusmodi iudicium sine

(*a*) Kulp. p. 132. lit. f. Vitruv. p. 420.

(*b*) l. 2. c. 23. §. 8. add. Kulp. p. 131.

sine partium studio constitui queat. Nec libertatis iacturam ut faciant, et huic tribunali se submittrant, quisquam gentibus facile persuadebit.

*Dictum de philosophia eorum, qui protestantibus auctores sunt, ut in causis ecclesiasticis et matrimonialibus, quas ipse decidere possunt, alieno arbitrio se submittant (c). De aequilibrio inter gentes. conf. Kressii Diff. hui. arg.*

- g. Gundlingii (*d*) iudicium de monarchia universalis, unico bella finiendo remedio. Id nec idoneum videri, nec usum eius gentes, etiamsi is esse non exiguis posset, unquam admissuras.

### III.

Itaque, si armis contendere et periculosa Martis aleae fortunas suas, suorumque subiicere non placeat, tentanda est concordia, quem in finem arbitrii constitui possunt, quorum potestas ex constituentium uoluntate aestimanda est. Sorti

T 2

quo-

(*c*) vid. *Programma d. directorio inter protestantes lit. y. add. Ludou. d. Iudicium protestant. in cons. matrim.*

(*d*) *Diff. d. Status Natur. in fin.*

quoque submittere causam licet, si quis in unius momenti incertum euentum tantas spes suspendere uelit.

1. Eodem modo controvërsias illustres Principum finiri uidemus, quo priuatorum litigies tenues dirimuntur, nisi quod, si componi nequeunt causae, his iudex adeundus sit, illis gladius stringendus.
2. Sine arbitris saepius compositas grauissimas causas inter Principes, qui ab armis abhorruerunt, scimus.
3. Arbitris aliquando sine exceptione se relinquunt compromittentes Principes, aliquando tamen eorum opera, tanquam amicorum consilio, utuntur.
4. Gentibus integrum est litibus aliarum se interponere, et conciliationem tentare, suadere; non ad eam cogere, quod iudicis est, et uix huic quoque licet.
5. Sortis iudicium licet pro diuino haberi nolim, ei tamen se submittere in causis dubiis Principes posse non ambigo (e).

#### IV. No-

(e) uid. Vitr. ad Grot. p. 421. Hobb. c. 3. §. 17. Kulp. p. 132. lis. K. ibique cit.

## IV.

Nouimus etiam, aliquando gentes, quae bello congredi noluerunt, priuatis certaminibus et singulorum congressibus causae exitum reliquisse, ac praeludiis his quasi bellorum defunctas, singularium certaminum fortunae se submisisse. Quod licet hodie ualde sit infrequens, et uix consultum esse uideatur, iniustum tamen ideo non est dicendum. Principum uero duelis, ad quae controversiarum causa prouocationes factas esse legimus, lites tolli, uix sanctitas eorum et Rerum publicarum salus permittit.

I. Sacra et profana historia exempla praebet eorum, qui priuatis dimicationibus bellorum materias praeciderunt (f).

2. Neque difficile est, eorum iustitiam tueri. Nam, si fortunae Martis causa relinquenda

T 3 da

(f) uid. d. fratribus Horatiis Liu. l. 1. c. 24. & Dion. Halic. l. 3. add. Kulp. p. 132. ltu. k.

da sit, praefstat, paucorum caede, quam multorum clade, rem confici.

3. Nen hegauerim tamen, satius esse, si compromissum iniri debeat, id sine sanguine humano fieri.
4. Nouimus etiam Principes ad duella provocasse (*g*), et de facti iustitia in utramque disceptatum esse partem (*h*). Satius esse, non acceptare hanc conditionem, imo nec offerre, nemo puto facile negabit.

## V.

Solet aliquando contingere, ut nec lites componi possint, nec tamen bellum ideo suscipi expediat, aut saltim differre id, consultum sit, ac interim repressaliarum iure Res publicae utantur, ut sine multorum incommodo ius suum, aut suorum ciuium prosequantur. Quas iustas esse

(*g*) vid. d. Car. V. et Francisco I. Sleidan. l. 4. et Muller. d. duellis Principum. §. 15. *sqq.* qui §. 17. pluram cumulauit exempla.

(*h*) Alii in causis publicis ea admittunt, in priuatis restringunt, alii sine discrimine improbant. u. Muller. l. c. §. 24. *sqq.*

esse et licitas habitus ciuitatum, quæ unam quasi personam referunt, facile ostendit, licet aequitas possit, eas ita exercere, ut uitae innocentium parcatur.

1. De repressaliis multi ex instituto egerunt (*i*). Ciues omnes unam personam sustinent, et facta reipublicae praefare tenentur (*k*); aequum tamen est, ut haec illis indemnitatem praefester.
2. Ad occisionem innocentium repressalias extendi posse, non puto, quamvis in bello subditi ob iniuriam a republica illatam iuste interficiantur (*l*).

*Vtrum inter status imperii repressaliæ licitae sint? an inter eos, qui gaudent iure de non appellando? an et inter reliquos, si ius suum cum effectu in iudicib. persequi non liceat (*m*)?*

## T 4 CAP.

(i) Bartolus, Arumaeus, Hahnins, Fritschius, Landsberg, Wagenseilius, alii, *vid. Kulp. p. 143. &c. b.*

(k) Pufend. *I. 8. c. 6. §. 3. Zogl. ad Grot. I. 3. c. 2. §. 2. et d. Iur. Mai. I. 1. c. 34. n. 29. sqq.*

(l) Budd. *c. 6. §. 9. Grot. I. c. n. 6.*

(m) *vid. Diss. d. præsumt. Princip. ex abusu Iur. Iustin. c. 2. §. ult. lit. d. et ill. Wernher. Sel. obs. p. 34 obs. 115.*

## CAP. VIII.

**DE IVRE BELLI IN PRIMIS  
DE IVSTIS BELLORVM GAVSIS.  
DE QVE BELLI INDI-  
CTIONE.**

## I.

**A**ctum est de Iure Gentium eorumque officiis, quæ pacis tempore obtinent, sequitur alterum caput huius sectionis de Belli Iure. Scilicet, uti in naturali statuis, et repelli iniusta, et inferri iusta; ita inter Republicas ad arma perueniri potest, si necessitas id postulet, et alia ratione nec declinare damnum imminens, nec reparare illatum, liceat.

b. Inanes *Grotii* interpretum de definitione belli controuersias missas facimus (a). *Grotiana* definitio excusari potest (b), magis tamen

(a) *alii eam reiiciunt cum Textor. c. 16. n. 2. Felden. et Osiander. alii tuensur cum Kulpis. p. 14. lit. d.*

(b) *mid. Grot. l. 1. c. 1. §. 2.*

tamen placer *Alberici Gentilis* illa, qua bellum dixit, esse iustum publicorum armorum contentionem (*c*).

**2.** Bellorum iustitiam dudum alii vindicarunt (*d*). Iuri Naturali ea non repugnare manifestum est, cum in statu naturali quilibet sibi, quod debetur, vindicare, et vim inferenti resistere iure possit.

## II.

Iusta belli causa est laesio, siue iniuria, eaque uel imminens, uel illata. Inde bellum defensuum aliud, aliud offensuum. Illius iustitiam nemo facile in dubium uocauerit: quis enim dubitet, armis arma opponi posse, si absque iusta causa inferantur? Sed et offensuum est licitum, si alia ratione, quod nobis debetur, obtineri, aut damni dati reparatio impetrari, non possit.

T 5

i. Iustum

(*c*) Alb. Gent. l. 1. c. 2. add. Beyer. c. 32. p. 22. Textor. c. 16. §. 6. Zieg. p. 43.

(*d*) conf. Kestn. c. 9. §. 2. seqq. Beyer. c. 32. p. 22. seqq. Kalp. p. 19. ad Grot. l. 1. c. 2. conf. Erasmi miles Christianus.

1. Iustum bellum dicitur uel gerentis intuitu, uel ratione causae. Illo sensu iustum dicitur, quod ab eo geritur, qui ius armorum habet, id est, Maiestate gaudet. Vnde cum latronibus ciuibusque non est iustum bellum, quia hi non habent ius belli gerendi (*e*).
2. Causa iusta alia non esse potest, quam iniuria. Bellum enim poenale, siue, ut alii loquuntur, vindicatum, quod ob alterius gentis delicta suscipitur, iustum non esse, supra monuimus (*f*).
3. Bellum offensuum plerumque suscipitur ob inturiam iam illatam, aliquando tamen etiam ob imminentem, ob quam defensum plerumque geritur, quamvis interdum etiam illata simul eo vindicetur.

### III.

Itaque iusta belli causa non est sola alterius gentis potentia, studiumque aequalitatis inter gentes obtinendae. Neque laesio illata aliis, nisi

(*e*) *conf. Grot. l. 3. c. 3. §. 1. sqq. ibique Zogl. Hennig. et Gronou.*

(*f*) *add. Schmidii Diff. d. hoc argumento et Budd. c. 5. §. 5. sqq.*

**nisi quibus foedere obstringimur,  
neque denegatio eorum, quae per-  
fecte nobis non debentur.**

1. Metus ex vicini crescente potentia (*g*) et cupiditas imperii fines extendendi plerorumque bellorum causae sunt, quamvis aliae soleant allegari. Sed potestas nocendi ius occupandi alterum non tribuit, si de animo damnum inferendi liquido non constet; studium autem augendi potentiam propriam nunquam iustam bellum causam praebet.
2. Cum genti in gentem imperium non competit, iniuria quoque aliis illata iniuriam inferendi licentiam dare nequit. Sane, si innocens opprimatur, auxilium imploranti praestari omni iure potest.
3. Dixi, denegationem eorum, quae perfecte nobis non debentur, bellum iustum non praestare causam, illi igitur, qui matrimonium transitumue per territorium negat, legatumue recusat, si absque iniuria id fiat, bellum inferri nequit. Plures causas non idoneas commemorat *Grotius l. 2. c. 22.* sed quae dubio pleraque carent (*b*).

#### IV.

(*g*) *Diff. Gundling. c. 8. §. 12. add. Gundlingiana P. 5. p. 381. seqq. et Felden. ad Grot. l. 2. c. 22. §. 5. cui respondit Graswinck. p. 261.*

(*b*) *add. Kestner. c. 9. §. 10. sq. Textor. c. 17. in pri-  
mis Kulp. p. 128. sq.*

## IV.

Quia autem ob iniuriam tantum bellum licite geritur, consequitur, utrinque id non posse esse iustum, nisi ita dubia causa sit, ut uterque credat, suam esse aequam. Quamuis eo quoque casu satius sit ab armis abstinere, aliaque ratione litem finire.

Vt lidgantes in foro, saepius utrinque de victoria obtainenda bene sperant, et de causa iustitia gloriantur: ita et, si parua magnis fas est componere, belligerantes causam suam meliorem esse, plerique sibi suisque persuadent. Sed, qui omnes rei causas perspectas habet, illi forte plerumque non adeo difficile fuerit, cuius partis iustior sit petitio, perspicere. Quae, cum interdum satis obscura atque inuoluta res sit, cumque eam, cui quisque facuet, etiam meliore iure nisi partem facile sibi patiatur persuaderi, non ambigendum est, fieri saepius, ut utraque pars se non inferre iniuriam, sed illatam repellere credat (*i*).

## V. Sed

(*i*). conf. Kestner. c. 9. §. 13. Alb. Gent. l. I. c. 5..

## V.

Sed nec aliter ob illatam iniuriam bellum recte suscipitur, quam si alia ratione satisfactio obtineri non possit. De quo ut certius constaret, denunciations, solennes olim adhibitae fuerunt, antequam bellum inferrent, qui meditabantur, sed et hodie libellis publicis, Manifesta uocant, iustitia causae exponi solet, priusquam ad arma perueniatur. Quamuis, si certum sit, hostem sponte aequioribus consiliis non daturum locum, non necessaria uideatur solennis illa indictio, sed post susceptum bellum causas sufficiat deduxisse.

1. Indictio fiebat olim per faciales, hodie plerumque per manifesta.
2. Omnis indictio conditionalis est. Nam continet conditionem, nisi alter praestet satisfactionem. *Kulpis* puram eam uocat (*k*), cui conditio expresse non addita

(k) cum quo consentit l. 3. c. 3. §. 7. Muller. de Iure Facial. §. 9.

dita est, cum tamen huic quoque tacit  
insit (*l*).

3. Frustra inter gentium et naturae ius circa  
indictionis necessitatem distinguunt (*m*).  
Dd. Frustra etiam contendunt gentium iu-  
re sine discrimine denunciationem praeci-  
pi (*n*). Vbi ratio enim cessat, ob quam  
ea fieri solet, ubi certissimum est, denun-  
cationem inanem fore, nihil obstat, quo  
minus ea omittatur (*o*), cum plerumque  
non aliud usum habeat, quam ut hosti,  
non tam deliberandi, quam bellum paran-  
di, spatium concedat.

### CAP. IX.

## DE EO, QVOD IN HOSTEM LICET.

### I.

**V**bi bellum rite suscepsum est,  
mutua nocendi et damna in-  
ferendi licentia data intelligitur,  
quae

(*l*) conf. Zieg. ad Grot. d. l. p. 534. Felden. ibid.

(*m*) ut Kulp. p. 145.

(*n*) Muller. I. c. §. 11. et 14.

(*o*) Alb. Gent. I. 2. c. 2. Beyer. c. 32. p. 24. lit. e.

quae quoisque pateat, et quibus limitibus sit circumscripta, nunc ex Gentium Iure expendamus. Ac primo quidem dubitandum non est, integrum esse, interficere eos, cum quibus bellum geritur, ita tamen, ut abstinendum a caede eorum, qui se sponte dedunt, interimes sunt, et nec uim inferre, nec repellere, possunt.

1. Bella geruntur pacis causa, et ut obtineamus id, quod nobis debetur. Hoc quamdiu praestare recusat, qui debet, ad officium ui adigi, et compelli potest.
2. Id uero absque caede et sanguinē fieri nequit; cum nullus futurus sit certaminis exitus, ex quo incolumis uterque discedat (*a*).
3. Non tamen quaevis caedes in bello licitae, sed quae pacis obtaindae causa, et urgente necessitate, fiunt. Crudelitas et proteruitas in bello etiam omnis illicita.
4. Itaque, qui sponte armis abiectis se hosti tradunt, interfici non debent, nec infantes,

(a) Zentgrau. d. armis prob, §. 5. sag.

tes, feminae, et qui inermes sunt (*b*), nisi et ipsi damnum inferant, et, qua possunt ratione, noceant (*c*).

## II.

Qua uero ratione, et quibus armis hostes prosternere liceat, non aequa est expeditum. Si pacta interuenerint, illis omnino standum est, si ea deficiant, ut iisdem, quibus hostis pugnat, utamur, necesse non est, licet tamen iisdem uti.

1. Pluribus difficultatibus hoc caput iuris Gentium obruitur, quod ex instituto explicarunt Zentgrauius et Cocceius (*d*).
  2. Grotius et Kulpisius Ius N. Gentium Iuri opponunt, sed pacta Gentium cum Iure Gentium confundunt (*e*).
  3. Pacta sunt uel tacita, uel expressa. Illa non minus, quam haec, sunt seruanda.
- Non

(*b*) Budd. c. 8. §. 4. Kestner. c. 10. §. 13.

(*c*) conf. omnino Kulp. p. 152. §. 6.

(*d*) Zentgrau. d. armis in bello probib. Coccei. d. armis illicitis. add Schwarzii Spec. II. controu. Iur. N. et G. ex Hist. Graec. iunfrat.

(*e*) Grot. I 3. c. 4. Kulp. p. 155. §. 7. nos sequitur Kestn. c. 10. §. 14.

Non tamen quaevis noua et inusitata armorum genera tacito pacto prohibita censer possunt, sed tacita conuentio ex manifestis indiciis colligenda et probanda est.

4. **Integrum est, iis armis uti, quae adhiber, quamvis alias iis uti belligerantes non deceat, ut ueneno etc. (f).**

### III.

Belluarum olim in bellis magnus usus fuit, ueneno quoque, et armis ueneno infectis, gentes nonnullas aduersus hostes usas esse legimus: neque id Iure Nat. prohibitum dixerim non magis, quam si quis aquas corrumpat, aut auertat, et siti, uel inedia etiam hostes uincat, quod licitum esse, plerique concedunt. Satius tamen est, huiusmodi ab armis abstinere, neque incommoda bellorum, quae per se satis sunt grauia, augere. Sed et prudentia ac aequitas postulat, cauere

V ab

---

(f) Coccei. §. 26. Zentgrau. §. 10.

(GRIBN. I. N.)

ab illis, ex quibus non ad hostes modo, sed et ad nos ipsos, et ad quamplures innocentes, potest periculum redundare.

1. Non, quicquid insolitum est, illicitum perinde est. Belluarum, olim, usum licitum esse, nemo dubitauit. Rationes, quibus *Grotius* et *Cocceius* eum reiiciunt (*g*), etiam aduersus puluerem pyrium, tormentaque et machinas bellicas ualent.
2. Veneni usum multa sunt, quae dissuadeant, non tamen omnino iniustus ille est (*b*). Quem occidere possum, quomodo e medio tollam, clamue palamue, parum interest. Dolo et ui agere aduersus hostem aequa licet. Sed commune militantium commodum postulat, belli, quantum fieri potest, minuere calamitates, nec expondere se periculis, aduersus quae nec uirtus, nec prudentia, quicquam ualeat.
3. Inde tacito ueluti consensu, sed et expressis passim conuentionibus ueneni improbatur usus, qui eo quoque laborat incommodo, quod morbis faepius occasionem prae-

(*g*) *Coccei*. §. 60. *add. tamen* §. 19. *conf. Zentgr.* §. 21.

(*b*) *Diff. Coccei*. §. 34. *conf. Zentgr.* §. 7. *Budd.* c. 8.  
§. 7.

praébeat, ex quibus ad ipsos, qui id adhuc  
buerunt, facile damnum peruenire potest.

## IV.

Incantationibus et artibus magicis uti uelle, impium et iniustum est. Scorta quoque lue uenerea, aut alio morbo laborantia, aut pestifero morbo affectos, in hostes immittere, et hostilem per eos exercitum inficere, aut percussores immittere, iniquum et indecorum omnino uidetur.

a. Vana et inania sunt pleraque, quae de uim magiae in bellis commemorantur, cuius, si quis esse poterit, iniustus omnino erit usus (i).

b. Hostem ad delinquendum incitare illicitum est. Morbis vero, qui contagium ferunt, ansam dare, inhumanum, cum latius progredi mala haec soleant, neque humana ope tolli iterum facile, aut ab innocentibus auerti queant (k).

V 2

3. De

(i) Coccei. §. 68. Jqq. Zentgr. §. 27. conf. Gundling.  
l. c. §. 44.

(k) Coccei. §. 57. Zentgr. §. 20.

3. De percussoribus multa disputatio est; *Gratius* licite adhiberi contendit (*l*), si absque perfidia id fiat. Sed in Ducum, aut Principum capita sollicitari alios non debere, uel sola utilitas mutua postular, unde moribus et recto consensu gentium merito id improbarur (*m*).

## V.

Ceterum dolum aduersus hostem & simulationes dissimulationesque ac stratagemata, quae uocant, iniustitia non laborare, certum est, ut ad prudentiae et pietatis quoque laudem pertineat, consilio potius uictoriam, quam ui, obtinuisse, et dolus bonus dici soleat, quo hostis decipit hostem, dummodo a patris & conuentionibus fraudem arceas, de quibus *Cap. XI.* dicendum erit ex instituto.

1. Qui omnia falsiloquia damnant, calliditatem etiam bellicam improban<sup>t</sup>. Frustra. Simula-

(*l*) quem sequitur Budd. c. 8. §. 8.

(*m*) conf. Cocci. §. 48. §.

mulatione acque ac dissimulatio aduersus hostem licita est, neque modo, ubi auertimus, sed et ubi inferimus hosti damnum (n).

## CAP. X.

### DE

## ACQUISITIONE BELLICA.

### I.

Iam de acquisitione bellica paucis agamus. Acquiritur autem in bello non modo ius in res hostium, sed et in ipsorum personam. Captiuitate enim fiunt nostri; et olim quidem in seruitutem detrudebantur, hodie plerumque tyro praestito, uel facta permutatione, liberantur.

i. De acquisitione imperii bellica infra agimus, ubi iura victoris explicabimus. Hic agitur de acquisitionibus, quae durante bello fiunt.

V 3

2. Ca-

(n) Conf. Coccoi. §. 72. s. Keth. c. 10. §. 4.

2. Captiuos interficere iniustum est, non modo si deditio[n]em sui fecerint, et salutem pacti fuerint, sed et si alia ratione in potestatem hostis peruererint, cum Ius Nat. prohibeat interficere eum, qui in potestate nostra est, ampliusque nocere non potest (*a*).

3. Captiuos in seruitutem adigere Iuri N. non repugnat. Praestito lytro eos dimittere, aut permutatione facta reddere (*b*), arbitrii est; unde si pacta deficiant, plenumque negari, et conditiones qualescumque redemtionis ab hoste praescrivi possunt (*c*).

4. Lytrum plerumque praestatis, cuius auspiciis bellum geritur, nisi culpa captiuorum eos hoc beneficio indignos reddat.

5. Sed haec obtinent in militibus captiuis, reliqui se ipfos redimunt. Neque uero sexus, aut aetas hic quenquam eximit. Gratis enim dimittendos infantes, feminas, clericos etc. non existimauerim, nisi de

(*a*) Textor. c. 18. §. 22. Kestner. c. 10. §. 23. Zentgrau. d. caed. host. enptiu. qui §. 13. sqq. limitationes exhibet. add. tn. Beyer. c. 32. p. 41. 45. et Kulp. 172. lit. m.

(*b*) conf. Hert. d. lytro, et Schneider. d. permutatione captiuor.

(*c*) u. Grot. I. 3. c. 7. §. 9. Schneider. L. c. §. 28. sqq.

de eo belligerantes mutuo sibi fidem dederint (*d*).

6. Vtrum fuga, qui captus est, se in libertatem vindicare possit, dubitatur (*e*). Si pactum intercesserit, quo capti se hosti permiserunt, omnis illicita fuga est, sin circa pactum detineantur, aliud dicendum uidetur (*f*).

## II.

Res hostium quoque occupanti hosti cedunt, siue mobiles sunt, siue immobiles; siue sacrae, siue profanae; siue publicae, siue priuatae. Quas et auferre, et perdere licet, modo ne temere et sine causa corrumptantur.

1. Res hostium dico: nam quae in hostili deprehenduntur, sed hostium non sunt, dominis restitui, aequitas postulat (*g*).

V 4

a. Res

(*d*) *qualia pacta commemorat Thanner. d. captiu. in bell. c. 2. §. 2. sqq.*

(*e*) *uid. Grot. I. 3. c. 14. §. 7. ibique Grasw. & Felden add. Menck. Conterou. I. N. D. 3. tb. 15.*

(*f*) Kettner. c. 10. §. 24. Kulp. p. 172.

(*g*) Budd. c. 9. §. 3.

2. Res sacras quoque esse in Réip. dominio, alibi traditum est. Ergo ius, quod hosti in eas competit, eripi et transferri potest in victorem (*b*).
3. Sed et in usus alios conuerti possunt, in primis si necessitas id postulet (*i*), aut si usus supersticiosus sit, cui adhibentur. Sacris alienis illudere, aut uim sacrorum causa etiam hostibus inferre, uel ad religionem, a qua alieni sunt, eos adigere, iniustum omnino est.
4. Idsta causa corrupti res hostium est, si illae nobis prodeesse nequeant, hosti contra bellum instrumenta praestent, aut, si eorum inopia et corruptio commodum et spem efferat uictoriae facilioris. Hoc casu excepto corruptio et uastatio temeraria iniusta et illicita (*k*) uidetur.

*Dicitum de LL. diuinis forensibus, de arboribus et frugibus non perdendis excindendisue (*l*).*

### III.

(*b*) conf. Grot. l. 3. c. 5. et 12. Kulp. p. 158.

(*i*) conf. Textor. e. 18. n. 36. *fqq.*

(*k*) conf. Grot. l. 3. c. 5. Kestner. c. 10. §. 16. Kulpie. 161.

(*l*) Conf. Zigl. ad Gr. l. 3. c. 3. §. 2. Seld. d. LL. Ebr. 6. c. 1. §. 5.

## III.

Acquiritur autem non militibus singulis, sed ei, cuius auspicio bellum geritur, cui etiam captiui tradendi sunt, et res mobiles quoque cedunt, et praeda omnis siue publico, siue priuato actu quæsita, nisi quatenus is eam militibus, aut capientibus addixit.

1. Frustra alii priuato actu occupata cipientibus cedere volunt (*m*). Qui belli ius non habent, ad eos etiam bello quaesita non pertinent. Neque melioris conditionis esse debent, qui absque imperio militarem expeditionem, aut excursionem, fecerunt, quam qui iussa facientes praedam acquisiuerunt (*n*).

## IV.

Hæc acquisitione contingit, simulacres hostiles in potestatem nostram peruenierunt. Neque ut intra castra deductae, aut per 24. horas possessae

V 5                       fue-

(*m*) Kulpis. *ad Grot. I. 3. c. 6. §. 12. Grot. ibid. add.*  
Menck. *conserv. I. N. Disp. 3. th. 14.*

(*n*) *conf. Keftn. c. 10. §. 20. Textor. c. 28. n. 66. sqq.*

fuerint, necesse est, sed, quo momento occupatæ sunt, acquisitæ censentur.

1. Aliter *Grotius*, *Kulpis*, alii (o). Frustra LL. Civiles hic urgentur. Frustra ab aliis ius gentium priscum hodierno opponitur.
2. Quod hoc dominium est reuocabile, non obstat. quo minus id acquisitum dici possit. Nam et post 24. horarum spatium res iterum eripi posse, licet intra praesidium iam deductæ fuerint, manifestum est (p).

## V.

Acquiruntur autem res hostium licite, quousque damni illati nomine nobis non est satisfactum, ubi tamen et expensarum bellicarum ratio habenda est, et ad summam subtilitatem omnia nequeunt reuocari.

1. Vbi obtinuimus, quae nobis debebantur, arma ponere fas est, modo alter perinde ea abiucere, et in gratiam redire, haud recuset.

## CAP. XI.

(o) Alb. Gent. l. 3. c. 16. Grot. l. 3. c. 6. §. 3. Kulp. p. 163. Deyer. c. 37. p. 50. sqq. Kestner. c. 10. §. 18.

(p) conf. Menck. Contr. Iur. N. et G. Disp. 3. tb. 12. ibique cicut.

## CAP. XI.

## DE PACTIS BELLICIS.

## I.

**Q**uamuis autem in bellis mutua nocendi, & laedendi potestas utrinque competit, pacta tamen, si qua inter belligerantes contrahantur, non minus, quam aliae conuentiones, sanete seruari debent, siue circa modum belligandi, siue alia de re illa fuerint contracta.

1. Repetenda hic, quae supra de foederibus dicta sunt, et *libro I.* de paciscentium officiis.
2. Quamuis ergo dolus aduersus hostem alias licitus sit, a pactis tamen is omnis abesse debet, metus autem bellicus, quia pro licto habetur, ualori conuentionis non detrahit (*a*).

## II. Sunt

(a) Budd. c. II. §. 3. Kulp. p. 187. Ex. 15. lit. f.

## II.

Sunt autem huiusmodi pacta uel publica, uel priuata, illa uel genera-  
lia, uel specialia, priuata paciscen-  
tes tantum obligant, non alios, ne-  
que valida sunt, si tendant in p̄aeiu-  
dium summae potestatis; publica  
autem ab ipso Principe, aut Duce,  
cui summam belli commisit, ineun-  
tur, aut si specialia sint, ab interme-  
diis etiam e. gr. qui parti exercitus  
pr̄asunt. Ita tamen ut sponsionis  
interdum rationem tantum habe-  
ant, neque summam potestatem  
obstringant, si absque eius consen-  
su et pr̄eter datam ab illa potesta-  
tem contrahantur.

1. Priuatae conuentiones in fraudem Reipu-  
blicae iniri non possunt, adeoque irritae  
sunt, si de iis pauci fuerint contrahentes,  
quae non erant in eorum potestate (b).
2. Publica pacta, quae uel initio belli, uel du-  
rante eo, iniri solent, uaria sunt, sed sin-  
gulo-

(b) *conf. Alb. Gent. l. 2. c. 11. Grot. l. 3. c. 20.*

gulorum rationem habere non licet. Pertinent huc pacta de redimendis aut permittandis captiuis; de trans fugis; de armis prohibitis, aliaeque, quibus laedendi nocendi arbitrium restringitur. Pertinent et inducias, quibus hostilitas suspenditur et interrupitur, unde iis elapsis ipso iure et absque noua inductione bellum continuatur.

3. Hae perinde, ut aliae conuentiones, particulares saepe sunt, neque ad omnes beligerantes, sed ad eos tantum pertinent, cum quibus contrahimus (*c*), quales sunt, quae obsidionis tempore ineuntur.
4. De sponsionibus iam supra dictum est; habent autem quam plurimae conuentiones bellicae sponsionum rationem (*d*).

### III.

Accedunt conuentionibus bellicis interdum pignora, et obsides, illa restituere fas est, ubi pacto fuit satisfactum, quo casu et obsides dimittendi sunt, neque enim ob aliam causam retentioni locus est: contra si pacti conditio non impleatur, in

(*c*) conf. Kestner. c. II. §. 10.

(*d*) vid. Afb. Gent. I. 2. & 10.

in captiuitate obsides detinentur, ex qua aufugere illis non puto licere; interfici eos posse, ob fidem non seruatam, nego.

1. Sicuti priuatorum conuentionibus fideiisfores, ita publicis obsides, accedere solent. Pignoris loco castra, urbes traditas esse legimus, quas ob aliam causam retinere uix licet (*e*), in primis si sine exceptione restitutio fuerit promissa.
2. Obsides inuiti etiam dari possunt (*f*); aufugere ipsis ob pactum initum non licet; imo, quamuis ipsi nihil promiserint, Republicae tamen, a qua dati sunt, conuentio eos obligat, fugamque impedit (*g*).
3. Obsides Gentium iure interfici posse, *Kulpisius* tradit post *Grotium* (*h*); sed illi Gentium Ius naturali opponunt, quale omnino nullum datur; Nos, non quid aliquando factum sit, sed quid fieri debet, disquirimus (*i*).

#### IV.

(*e*) *uid. Kulp. p. 192. lit. f.*

(*f*) *Budd. c. II. §. II.*

(*g*) *Pregizer. Obs. bell. et pac. §. 16. Alb. Gent.; l. 2; c. 9. Budd. l. c. §. II. diff. Kulp. p. 192. lit. a.*

(*h*) *Kulp. p. 192. §. 5. Grot. l. 3. c. 20; n. 53.*

(*i*) *Textor. c. 27 n. 25. Kestner. c. II. §. 6. Alb. Gent. l. 2. c. 19. conf. Pregizer. Obs. bell. et pac. §. 14. Diff. Gundling. c. 23. §. 394.*

## IV.

Ceterum pacta seruanda sunt, etiam quae cum perfido hoste contrahuntur (*k*), si de perfidia cum eo transigatur, alias ob uiolatum pactum implementum promissionis suspendi potest, donec alter conventioni aequa satisfaciat.

i. Ita capitulationes uidemus neglectas esse, si eas hostis antea uiolauerit, quod licitum omnium Gentium iure videntur (*l*).

## CAP. XII.

## DE HIS, QVI NEVTRAS SEQVVNTVR PARTES.

## I.

**H**æc de iure eorum, qui bello detinentur, ceteri, qui intermedii sunt

(*k*) uid. Grot. l. 3. c. 19 n. 12. sqq.

(*l*) uid. Ludou. d. capitulation, c. 4.

sunt & bello se non imimiscunt, neutrales uulgo appellantur, quia neutri parti se addixerunt. Integrum autem cuiuis esse debet, neutras partes sequi, quas et fas est sequi eos, qui uni parti foedere non obligantur.

1. Neutrales dicuntur non tantum intermedii, et uicini, quorum potissimum hoc loco ratio habenda, sed ceteri etiam, qui in bello, quod inter duos geritur, neutri se addixerunt parti (a).
2. Neutralitas (ut recepto utamur uocabulo) nemini negari potest, nisi uni parti obstrictus sit, ut socius, foederatus.

*An eiusdem Systematis Ciuitatis? et an in bello civili inter socios (b)?*

## II.

Officium eorum exigit, ut uni parti ne concedant, quod alteri denegant, ne quem adiuuent, ne cui da-

(a) conf. Franckenstein. *Diff de neutralitate. Kulpis. ad Grot. p. 183. ibique ois. l. 6.*

(b) conf. Textor. s. 26. n. 30.

damnum inferant, aut ulla ratione bello se immisceant.

1. Officia eorum, qui neutræ sequuntur partes, ad iura pacis, non belli, pertinent, sed, quia belli occasione se exerunt, recte hoc loco exponuntur.
2. Neutralitas exacta postular, ut eodem uterque belligerantium loco habeatur. Itaque transitus uni concedi non potest, nisi alteri etiam permittatur. Instrumenta belli neutri praestanda sunt, aut utriusque (c).
3. Qui neutralitatem non tuerit, pro hoste haberi potest, aut officiis saltim se indiguum reddit, quæc eis debentur, qui neutræ partes sequuntur.

### III.

Contra, qui bellum gerunt, reliquos ne qua iniuria afficiant, cauebunt. Itaque ciues eorum, si per hostile territorium transeant, non laedere, res eorum, quæc in hostico deprehenduntur, ipsis restituere,

X

ne-

(c) conf. Budd. c. 10. §. 3. es Coccei. d. Iur. belli in amicos. add. Kulpis. l. c.

neque commercia eorum turbare, debent. Dummodo in ipso bello unam partem haud adiuuent; alias enim, quae ad eam aduehuntur, belli subsidia eripi, et tanquam hostium res occupari, possunt.

1. Quae de ciuibus aliarum rerum publicarum dicta sunt, non aliter obtinent, quam si illi hosti operam non praestent, atque constet eos neutrius partis esse.

2. Arma etiam et instrumenta bellica, si utrique ex aequo praestentur (*d*), occupari non possunt, nisi postquam iam hostium esse cooperunt.

3. Contra frumentum etiam et ceterae res, quae ad bellica instrumenta non pertinent, eripi possunt, si uni contra alterum praestentur.

#### IV.

Perinde belli sedem transferre in terram pacatam, hiberna ibi locare, castrum aut urbem munitam occupare non licet: nec permitti haec

(d) Textor. 6. 26. n. 28.

Haec facile a terra domino, nec  
inuito eo a belligerantibus exigi,  
possunt.

I. Itaque qui talia iniquo domino conatur,  
rebus pro hoste habetur. Neque merus  
excusat, si quis, ne hostis eadem tenteret,  
vereatur, eamque ab causam illum occu-  
pare cupiat. Non enim integrum est  
adimere quicquam alteri, ne alius id ei  
extorqueat (e).

### CAP. XIII.

## DE IVRE VICTORIAE,

### I.

Bellum aut transactione finitur,  
aut uictoria. Victoria uincenti  
ius tribuit, non in rem modo, de-  
quia fuit contentio, sed in hostes  
etiam, et res hostium, quas fortuna  
uictori subiecit.

X. 2. 31. 10. 1. Vd.

(e) Diff. Budd. c. 10. §. 4. Kulpiz. ad Grot. p. 39. §. 5.  
Consi. Feldm. Boecklin. Hennig. ad Grot. I. 2. c. 2.  
§. 10. add. Ziegler. Min. us Ohrebeck. M. 109. Bell. c. 9.

1. Vt priuatorum lites, ita et Principum, aut iudicio fortunae finiuntur, aut per conuen-tionem componuntur.
2. *Cocceii sententia (a), nunquam in bello sum, cuis causa poterit est, succumbete, nisi culpa propriæ, non satis expedita est, et regula, quam affert, limitationibus, quas ad-dit, fere obruitur (b).*
3. Vincentis causa si deterior sit, minus recte ille sibi iura victoris asserit. Si tamen asserat, inter gentes reliquas iure suo uti censetur, non minus, quam inter ciues, qui iniquam pro se obtinuit sen-tentiam.
4. Salutum tamen est ei, qui in bona causa succumbit, nec de iure suo transegit, res repetere atque denuo subire fortunae ale-am, aliorumque auxilia sollicitare.

## II.

Neque tamen eo ius hoc perti-net, ut interimere viatos liceat, si viatori illi se submittant, conditio-nesque, quas praescribit, accipient.

Illas

(a) §. I. Coccei. Diff. de iusto præbier. exib.

(b) vid. Sec. II. ss. II. cit. diff.

Mas vero vicitur pro arbitrio statuit, cum imperium in victos consequatur. Sed prudentia et aequitas iubet eo iure moderate uti. Pactis plerumque res finiri solet, quae victorem aequaque ac victos obstringunt.

1. Qui adhuc resistunt, hostes sunt, non vici, adeoque sine dubio interfici possunt. Resistere autem censentur etiam illi, qui defensionem moluntur, fugiunt, et se tradere victori recusant.
2. Victos etiam belli ipse interfici posse, crediderunt olim gentes pleraeque. Sed LL, Nat. uicant interficere homines, qui nec inferunt damnum, nec inferre uolunt, et qui alia ratione in obsequio retinendi post sunt (c).
3. Illos vero, qui supplicium delinquendo meriti sunt, rebelles, perfidos, interficere licet; si sine pacto in potestatem nostram peruenient.
4. Quae bellii, ea et praeliorum et obsidionum, ratio. Itaque urbe etiam capta, aut unius

(c) conf. Textor. c. 28. n. 16. sq. Coccei. & Iacob. Westor. divers. a Iure bel. q. 1. § 99. q. 15. § 4.

praelii uictoria parva, caedes promiscuae  
et non necessariae illicitae sunt (*d*).

5. Leges praescribere uictis fas est pro co-  
rum conditione. Videndum, an temere  
an crudeliter bellum gesserint? An defe-  
ctio meruenda sit? qua conditione suo  
antea domino paruerupt? etc. (*e*). Ne-  
que tamen uictor ita in uicti Principis lo-  
cum succedit, ut iura, quae subditis ex pa-  
eto cum hoc initio competebant, ipsis salua  
relinquere obstringatur (*f*).

### III.

Perinde in res uicti hostis uin-  
centi ius quaeritur, non imperii  
modo, sed et dominii. Neque tan-  
tum pro damni dati ratione, sed et  
sumptuum bellicorum et securitatis  
causa. Quae ubi plenissime impe-  
trata, atque omni ex parte uictori  
satisfactum sit, restitui reliquum ui-  
cto fas est. Sed, cum haec aesti-  
mationem certam non habeant,  
neque

(*d*) Coccei. l. c. §. 12.

(*e*) conf. Grot. l. 3. c. 15. et Kulp. p. 177.

(*f*) conf. Alb. Gent. l. 3. c. 10.

neque cautio securitatis causa sufficiens inter gentes facile praeestari possit, non solent, imo fere nec possunt, hic omnia ad amissim reuocari, ut finem acquisitionis quisque sibi pro sua modestia aut cupiditate statuat.

1. Vbi belli causa non superest, ulterius id ducere inhumanum erit. Causa uero deest, simul ac obtinuimus, quod nobis debetur (*g*), modo uictus etiam ab armis desistat, ius nostrum agnoscat, sumnum causa satisfaciat, et de non amplius offendendo caueat (*b*).
2. Quo minus liquidum ius est uincientis, eo facilius uictoriae modus, ac bello finis statui debet.

#### IV.

Atque haec in bello etiam defensio uictori obseruanda sunt; cui integrum quidem est, non modo repellere hostem, sed et in suis distinctionibus persequi, eundemque ad satisfactionem compellere, sed, ubi

X 4

eam

(*g*) *conf. Kestner. c. 10. §. 25.*

(*b*) *Alb. Gent. l. 3. c. 2. 3. n. 5.*

eam offerat, et praestare paratus sit, in infinitum vindictam extendere non licet, ut, qui iustam satisfactionem accipere recusat, is recte deinceps pro aggressore, atque causa illius iniusta, habeatur.

1. Modo hostis omni ex parte satisfacere paratus sit; neque promissis decipere aut remorari uincentem tantum conetur, atque etiam idonee caueat (*i*).
2. Cautio autem haec, quomodo fieri soleat, et dictum *praec. Cap. est*, et *Cap. seq.* explicabitur.

## CAP. XIV.

### DE PACE.

#### I.

**S**ed plerumque pax bella finit, cuius causa illa geruntur, geri certe debent. Haec uel absque arbitris fit, uel adhibitis mediatoribus, quibus ius non est cogendi partes, aut

(i) conf. omni. Ludou. *Dif. d. Huis. defensio. in bell. defensiu. §. 13. sq.*

aut conditiones praescribendi, sed suadendi et tentandi concordiam, nisi partium conuentio ampliorem eis dederit potestatem.

1. Sine arbitris bella finita plurima constat, atque interdum etiam expedit eos non adhibere. Sed et feminae illustres, priuati etc. hoc munus suscipere possunt (*a*), quamvis plerumque belligerantes aliorum Principum uel Rerum publicarum opera uti soleant.

2. Mediatores tamen neutri parti debent esse addicti, alias recusari possunt (*b*), imo ipsi solent munere suo se abdicare, si uni parti accedant.

3. Arbitrium si plenissimum ipsis relinquatur, ita debent decidere litem, ut iure decidi debere credunt. Raro autem plenissimam de tota causa decerpendi potestas illis dari solet, super quibusdam articulis saepius relinquitur.

*Quod si potestate abulantur, et iniquam sententiam dicant, an non obstante pacto*

X. 5

rece-

(*a*) *conf. Coccei. d. mediatoribus pacis. §. 12. sqq. §. 16. 18. sqq.*

(*b*) *Coccei. l. c. §. 10. sqq. Textor. c. 20. n. 52. sqq. add. Grot. l. 3. c. 20. n. 45. sqq. ibique Comment. Quamvis etiam alii recusari possint, qui neutri parti sunt additi.*

*recedere paciscentibus ab arbitrio hoc licet? An mediator eo casu, quam dixit, sententiam tueri, alterique assistenter eaneatur (c)?*

## II.

Postquam igitur exposuerunt partes, quae sibi praestari uelint, transigitur de singulis capitibus, damnumque datum aut restituuntur, aut remittitur, mutuae iniuriae obliuio, pacisque in posterum custodia promittitur; restituuntur ablata, de quibus non aliter conuentum est, atque res in eum statum reducitur, quae fuerat ante bellum suscepturn.

1. Vbi mediatores adhibentur, propositiones his offeruntur, qui eas cum utraque parte communicant.
2. Dum de pace consultatur, bellum continuari potest, nisi armorum suspensio inita fuerit.
3. Amicitiam etiam sibi solent paciscentes promittere, quae stipulatio tamen foederis rationem non habet, sed cessationem tantum belli inuoluuit.

## III.

(c) conf. Textor. c. 20. n. 60. sq.

## III.

Solent etiam pro sociis, pro amicis, item pro subditis utriusque parti, stipulationes interponi, atque amnestia et uenia illis promitti, quibus et res, saltim immobiles, postliminii iure restituuntur, quae ab hoste occupatae per pacem in pristini domini redeunt potestatem.

1. Sunt, qui dubitant, an pro aliis pactio interposita subsistat? Sed ius Gentium non admittit Rom. Iuris subtilitates. Adeoque etiam, si paciscentis non intersit, conuentio ualida omnino censeri debet (*d*).

2. Postliminium aequitate nititur, quae postular, possessoribus priscis res, quas Reipubl. causa amiserunt, restitui, aut alio nomine iis satisfieri (*e*).

3. Interdum tamen de his aliter cauetur pacis, resque relinquuntur illis, ad quos belli tempore peruererunt, ubi alia ratione consulendum iis est, qui sua amiserunt.

4. Qui-

(*d*) vid Hert. ad Puf. l. 3. c. 9. §. 5. add. Beyer. *diff de iure ex acceptation. promiss. pro alter. fact. et ad Inst. tit. d. inacil. stipul. p. 8. lit. e. et Wernher. progr. ei. arg*

(*e*) conf. Cocci, *d. postlimin. in pac. S. 2. Kestner. c. XI. §. 13.*

4. Quibus uenia facta est, in ius uocari nequeunt ob facinus, de quo est transactum. Arque hac transactione etiam perduellionis et laesae Mai. crimen remitti uidemus. Homicidii gratiam fieri posse negat *Coccius* (f).

#### IV.

Solent paci, ut alii conuentionibus bellicis, obsides, pignora, iuramenta, fideiussores accedere, garantiam uocant praestare, de quibus singulis pluribus agere non licet.

1. Repeti possunt, quae supra dicta sunt de pactis bellicis. Plenius autem hoc argumentum exposuit *Cocci*. *Diss. de Garantia Pacis* (g).
2. Mediatores non tenentur tanquam fideiussores, nisi nominatum eo nomine se obligauerint (h). Interdum ipsae partes in unicem sibi praestant garantiam, ut puta si factum tertii in se recipiant, aut auxilia aduersus alios, cautionemque ueluti rerum traditarum promittant.
3. Non tantum mediatores, sed et alii garantiam suscipiunt, atque uel utriusque parti, uel etiam uni pollicentur.

#### V. At-

(f) *Cocci. de postlimin. in pac. et Amnest. S. 7. n. 1.*  
sqq.

(g) *add. Tector. c. 21. n. 25. sqq.*

(h) *Cocci. de mediator. pac. §. 56.*

## VI.

Atque ita pleraque Iuris belli et  
pacis capita summa, qua fieri po-  
tuit, breuitate persecuti sunt. Ad  
haec enim duo officiorum genera  
omne Ius Gentium compende re-  
duci potest. Quae alterius Disci-  
plinae et iuris Gentium non sunt,  
aut ad aliam iuris Nat. partem per-  
tinent, data opera hic omisimus,  
et suo exposuimus loco. Superest  
nunc, ut promissi memores, lineas  
etiam ducamus Iuris Priuati Uni-  
uersalis.

1. Plerique fines Iuris gentium nimis profe-  
runt. Ipse *Grotius* hanc partem cum reli-  
quo Iure N. miscet et confundit.
2. Qui ciuiilia instituta hic persequuntur, ni-  
mis inepti sunt, non merentur, saepius re-  
felli.
3. *Kulpisius* sepulturam etiam ad Ius Gen-  
tium refert (*i*), sed de ea egimus pro in-  
stituti ratione L. I. Cap. *ut.*

PRINCEPS

(i) ad Grot. l. 2. c. 19. p. 108.

PRINCIPIORVM  
IVRIS PRUDENTIAE  
NATURALIS.

*LIBER IV.*

DE IURE PRIVATO  
VNIVERSALI.

*CAP. I.*

DE IURIS PRUDENTIA PR-  
VATA VNIVERSALI EIVS.  
DEMQUE VSU.

I.

**H**aec pars Iuris Naturalis a plerisque neglecta, non exiguam nobis praestat utilitatem. Ius Ciuale aut Priva- tum Vniuersale dicitur, quia non unius Reipublicae ius continet, sed in quibuscumque Rebuspubl. suam exerit auctoritatem, ciuiumque res

non

non minus, quam lex scripta, moderatur.

1. *Grotius et Pufendorffius* attigerunt quae-dam capita huius Iurisprudentiae, sed uel-tuti in transitu, neque enim ex instituto in hac parte Iuris Nat. tradenda occupati fuerunt.
2. Specimina dederunt alii, *Huberus, Eisen-hardus, Rachelius, Harprechtus, Thomasius,* et, qui ad Institutionum Iustinianearum titulos obseruationes Iuris Nat. scripsit, *Hedingerus.*
3. Barbara Iurisprudentiae civilis aetas leges Romanas dixit Iurisprudentiam Vniuersalem, Ius Nat. et Gentium ciuitatum (*a*). Qui in Republica et Iurisprudentia priua-ta exiguum, aut nullum Iurisprudentiae Naturali relinquunt usum, nunc quoque non desunt.

## II.

Haec enim ostendit, quo usque legislatoria potestas Principis pa-teat, qua ratione leges condi pos-sint,

(a) uid. Brandes. d. uera non similes. ICtor. Philosoph. c. 6. p. 30. Gothofred. ad l. 1. s. 3. ff. de peric. et causis. rei mundi.

sint, aut debeant; haec leges legibus conferre docet, et, quae alteri praeferenda sit, quae aequitati magis conueniat, quae naturali ratione, quae ciuili nitatur subtilitate, exponit; interpretandi eadem regulas suppeditat, denique in subsidium, atque, ubi leges deficiunt, legis instar est, et iuris rationem habet.

1. De legibus iustis et iniustis, aequis et iniquis *seq. Cap. dicemus*, et, quo usque legislatoris potestas se extendat, demonstrare conabimur.
2. Ex pluribus et diuersis legibus potest contingere, ut nulla sit iniusta. Aequitas tamen unius prae ceteris plerumque se commendat. Vtile igitur est, conferre leges Reip. cum principiis Iurisprudentiae Universalis, tum leges comparare inter se, Mosaicas cum Romanis, Romanas cum Canonicis, utrasque cum prisco et hodierno Germanorum iure, aliarumque Ciuitatum institutis.
3. Interpretationum regulas, quae uulgo afferuntur, plerasque suspectas esse alibi dixi. Haec mihi certa et naturalis esse vide-

uidetur leges interpretandi norma, ut eas, quarum naturalis est ratio, et aequissima constitutio, ad casus similes proferamus, eas uero, quae subtile, durae et quoddammodo iniquae sunt, restringamus (b).

4. Vbi alii ad longe repetita argumenta legum et, nescio quam, analogiam iuris confugiunt, praeter Legislatoris uoluntatem, satius equidem putauerim naturali rationi locum relinquere, et acquiescere in Iure Vniuersali, ubi speciali lege destituimus.

### III.

Quod solae leges uniuersales Rebuspubl. non sufficiant, hominum non Iurisprudentiae huius uitio contingit; abusus etiam eorum, qui legislatoriae potestati detrahunt, aut temere optimas fugillant constitutiones, usum Iurisprudentiae nostrae non tollit.

1. Vtrum Respublica sine legibus subsistere, eique solae LL. Naturales sufficere possint, ambigua est quaestio? Dissentiendi

Y

stu-

(b) conf. Disp. d. aequitate. LL. Rem. circ. per. rel. commod. §. 2. sq.

(GRIBN. I. N.)

studium, mutabilitasque et inconstantia uoluntatis humanae, tum affectus et inclinationes, quae efficiunt, ut id, quod maxime uolumus, aequissimum etiam nobis videatur, non permittunt, omnia iudicis arbitrio relinquere (*c*). Sed et, quibus negotiis inuoluuntur, circumstantiae non raro dubium relinquunt, quid aequum iustumque sit, ut adeo Legibus uix possimus carere. Hoc remoto non dubitandum foret, lites quascunque etiam ex naturalibus principiis posse decidi. Satius tamen est leges habere, ut ius certum sit, ut ea, quae arbitrio iudicis alias relinquenda forent, definiantur, ac publice constet, qua quisque ratione in negotiis ciuilibus uersari debeat. Sed et Legislatorum interest, arbitria iudicium restringi; cum fere non possit eorum extendi potestas absque praeiudicio legislatoris.

2. Pleraeque leges positivae, non contra, sed praeter Ius N. conduntur; non iniustae sunt, licet alio, et forte etiam meliore, modo res potuisset decidi. Eas ergo leges damnare, aut auctoritatem iuris eis denegare uelle, iniustum fuerit. Lex enim licet dura sit, si rite lata sit, sequenda omnino est, nisi plane fuerit iniusta (*d*).

3. Pu-

(c) uid. Diff. d. Iure inc ex dub. LL. auctor. oriundo. §. 22.

(d) uid Diff. de eo, quod aequum est circa feras ex custodia dilaps. §. 2. sq.

3. Publica quoque utilitas et rationes ciuitatum saepius postulant, res aliter decidi, quam ex simplicitate Iuris Nat. eae fuerant definiendae. Quas rationes qui non assequuntur, saepissime ineptiunt, dum intempestive legum suscipiunt censuram (e).
4. Sed haec ad abusum Iurisprudentiae nostrae pertinent. Salua ea, quam legibus et legislatori debemus, ueneratione, si instituatur, non innoxia modo, sed utilis etiam et necessaria est, collatio Legum cum ratione et aequitate naturali.

---

## CAP. II.

### DE LEGIBVS IVSTIS ET INIV- STIS, AEQVIS ET INQVIS ATQUE DE FINIBVS LEGISLATORIAE POTESTATIS.

#### I.

**H**os scopulos qui evitare cupit,  
eum fines Potestatis Legisla-  
toriae

Y 2

(e) conf. Ant. Matth. Coll. Fam. Iur. Disp. 7. et 10.  
And. u. der Muelen de P. add. Huberi Praef. ad  
Euangelium.

toriae probe nosse oportet. Ita intelliget alias leges iustas esse, alias iniustas, aequas alias, alias iniquas, duras, subtiles, non tamen ideo iniustas plane.

1. Nullas omnino leges iniustas dari perperam contendit *Hobbesius* (a), quem multi refutare conati sunt, sed infelici plerique successu. Inciderunt in Scyllam, dum Charybdis uoluerunt uitare, et iniustas plane dixerunt leges, quae aut aequissimae omnino erant, aut certe non iniustae.

## II.

Nimirum aequissimas iustissimasque eas uocamus LL. quae ad naturales rationes proxime accedunt, aut ex iis sponte sua fluunt. Quae a naturalibus principiis recedunt, aliisque causis nituntur, eas mere ciuiles dicimus, quia, licet non contra Ius Naturae sint, praeter rationes naturales tamen latae intelliguntur,

(a) *d. Ciu. c. 14. §. 10. quem fecutus est. Scargilius uid. Hobb. uisam, p. 72. adde Kulp. p. 16. ibique Pufend.*

guntur, quales cum pene multae  
sint, in quocunque iure humano,  
iniustum foret, eas iniustas omnes  
dicere et improbare.

1. Aliae leges mere naturales sunt, aliae, si ita loqui licet, praeter naturales. Haec iuri Naturali non repugnant, non iniustae sunt, licet naturali aequitate haud trahantur.
2. Boni Legislatoris est, quam fieri potest maxime, naturalem sequi aequitatem. Sed haec virtus legum est, quae licet desit, legis uim tamen non amittit. Constitutio lata contra aquitatem naturalem.
3. Imo interdum Reipublicae rationes postulant, leges fieri, quae a simplicitate et aequitate naturali quoddammodo recedant. Quo quidem casu, quae subtilis et dura uideri poterat constitutio, licet praeter naturalis sit, aequissima tamen et utilissima esse potest.
4. Sed et si ratio publicae utilitatis quoque desit, si solo arbitrio Legislatoris lex mere ciuilis nitatur, non iniusta tamen ideo statim est dicenda (b).

5. Ipsiæ leges, quas Iudæis Deus dedit, ita comparatae sunt, ut naturales dici nullo modo possint, licet plurimæ ex iis ad naturalem aequitatem proxime accedant.

## III.

**P**orro Ius N. aliud absolutum diximus esse, aliud hypotheticum. Absolutum in statu mere naturali potissimum obtinuit. Illius ergo praecepta in Republ. locum habere uix possunt. Itaque lex, quae a status Naturalis Philosophia multum recedit, iuri Nat. non ideo repugnat.

1. Hoc dictus in l. 6. ff d. I. et I. innuit, qui, Ius Civile, sit, non ubique Ius Naturale sequi, sed ei nunc addere aliquid, nunc aliquid, etiam detrahere (c).

2. Ita seruitus contra naturam, i.e. contra naturalem aequalitatis statum inveniuit; Ita leges, quae de rerum proprietate deque ultimis uoluntatibus cauent, statum adventitium præstruunt, et ad principia Iuris Naturalis absolute talis reuocari negqueunt.

## IV. Hy-

(c) vid. Huber. Europa. ad b. I.

## IV.

Hypotheticum Ius Nat. hypothet. in seu conditionem aliquam supponit, quae ipfa cum per leges mutari possit, facile apparet hypotheticī etiam Iuris Nat. praecepta uim suam perdere aliquando, adeoque Legislatorem ab iis recedere posse.

1. Hinc intelligimus, Principem posse effire, ut actio, quae ante legem iusta et licita erat, accedente legis prohibitione illicita fiat et iniusta; licita contra, quae prohibita antea censeri debebat. Prioris regulæ exemplum uenatio et incestus Iuris Civilis, posterioris usucāpio, accessio et successiones legitimae praestant (*d*).
2. Inde porro patet, uerum esse, quod nulgo traditur: *Non eadem omnibus honesta esse atque turpis*, quousque nimirum conditio aut hypothesis, cui lex naturalis innititur, inuerti att mutari potest.

## V.

At quoisque, inquis, patet illa circa obiecta Legum disponēndi

Y 4

licen-

(d) vid. Hedinger. ad Dis. Inf. d. I. N. G. et C. §. 4. p. XI.

licentia? Id uero fateor difficile est definire. Tentabimus tamen, an una regula rem omnem liceat complecti? Ita nimirum sentio: Quicquid pacto potest constitui, id quoque lege lata imperari potest. Quicquid conuentione interposita dari aut promitti nequit, id nec lege praecipi aut permitti potest.

1. In promtu causa est huius Regulae: Nam uoluntatem suam Principis arbitrio populus submisit, adeoque conuentione ueluti interposita ratum habuit; quicquid ille sanciret.

2. Id status Democratiarum nos docet, ubi omnes LL. fere conuentiones sunt (*e*), quicquid ergo per pactum concedi nequit, de eo nec potest fieri Plebiscitum.

3. Itaque cum pacto aut consensu accidente ablatio rei alienae desinat habere furti rationem, consequitur, legem etiam consensum huiusmodi fingere uel imperare posse; atque adeo Legem Laconum defuran-

(*e*) vid. I. i. ff. LL. Haber. Pracl. ad d. iii. §. 3.

furandi licentia iniustam omnino dici non debere (*f*).

4. Contra cum pacto permitti nequeat occidendi mutua licentia; cum conuentio irrita sit, qua quis, se quae uera non sunt, pro ueris se habiturum promittit, aut cultum idololatricum uel falsam religionem amplecti uelle pollicetur, lege quoque haec non posse imperari aut permitti patet.
5. Porro cum Legum Diuinarum Positiuarum Vniuersalium rationes nos plerumque fugient, nec conuentio, quae iis repugnat, nec lex illis contraria ualere quicquam potest.

---

CAP. III.

DE IURE NATURALI CONVENTIONVM.

I.

**H**isce praemissis iuuabit iam iura,  
quibus utimur, ad naturalem  
Y 5 aequi-

---

(*f*) vid. Diff. I. S. Gribneri d. furti ap. Lacones licencias.

aequitatem reuocare. Neque uero persequi singula et ad Institutio-  
num uel Pandectarum seriem uni-  
uersum ius priuatum expendere in-  
stituti nostri ratio permittit, sed na-  
turali ordine summa capita legum  
attigisse sufficiet. Ac primo qui-  
dem loco dicemus de lure conuen-  
tionum naturali.

i. Ordinem Institutionum ac multo magis Digestorum non esse naturalem per se pa-  
tet. Vnde alia ratione Ius Prinatum etiam  
tradiderunt. Prinatum Naturale seu Uni-  
uersale naturali etiam ordine tradere con-  
uenientissimum est.

## II.

Quae primo libro iam circa hoc  
argumentum attulimus, ea prolixè  
hic non repetemus: *diuisiones con-  
ventionum plerasque sola subtilita-  
te legum Roman. niti: eos, qui ra-  
tionis usu pollent, ex promissione sua  
obligari: dolum et metum conuen-  
tionem uitare: errorem autem et  
laesio-*

*laesionem non aequem* etc. etc. sed ea tantum, quae supra omisimus, et potissimum, quae circa unum alterumue contractum praeter naturalem rationem constituta uideri poterant, paucis attingemus.

1. Fallitur *Guilielm. Grotius*, aut is potius, qui eius *encliridion* continuauit, dum omnes contractuum et pactorum diuisiones ueluti naturalis iuris principia recenset (*a*). Fallitur et *Kulpis*, qui *Philosophiam Iutorum* circa contractus magis, quam *Grorianam*, ad naturalem rationem accedere sibi persuaderet (*b*). Rectius alii plerasque conuentionum diuisiones merâ ciuiili subtilitate nisi contendunt (*c*).

2. Falluntur tamen et illi, qui ueluti contra Ius Naturale latas leges ciuiles exagitant. Fallitur *Ameifus*, qui diuisionem in bona fidei et stricti contractus iuris (*d*) reuicit, quam forte ne intellexit quidem. Perinde *Hedingerus* (*e*) non uidetur assecurus esse sensum diuisionis in contractus nominatos, innominatos, reales, uerbales, literales,

con-

(*a*) *enclirid. c. 20* Eisenhard. *Iust. Iur. nat. c. 15. § 20. seqq.*

(*b*) *Kulpis ad Grot. l. 2. c. 12. p. 79* *lit. a.*

(*c*) *uid. Brenne sen. d. in uariib. pactor. diuision.*

(*d*) *d conscient. l. 5. c. 42 odd Hub. ad l. 1. tit. 1. d. action.*

(*e*) *Dif. ad Iust. tit. d. Oblig. d. 3. p. 55. seq.*

consensuales; cui alias subtilitates harum diuisionum praeter naturales esse libenter largior.

3. Ex iis, quae supra dicta sunt, consequitur, neque Macedonianum (*f*), neque Velleianum SCrum naturali (*g*) iure, sed ciuii lege niti, si mulierem supponas, quae negotium, quod gerit, intelligat, et de filiis fami non patris obligatione sit quaestio. Salua conscientia interdum his SCris uti posse, quibus ea succurrunt, facile concedo (*b*); plerumque tamen honestius est, contractam obligationem agnoscere. Minorum eadem causa est, qui iure priuato uniuersali obligantur, si rationis usu non fuerint destituti (*i*):

*Dictum et de restitutione minorum, de cura mulierum; de obligatione seruorum.*

### III.

Quae de praestatione culpae in contractibus uulgo traduntur, iure Ciuii non magis quam ratione natura-

(*f*) uid. Straussii et Moerlini *Diss de obligatione SCri Maced. in conscientia.*

(*g*) Grot. I. 2. c. III. § 5. Puf. I. 3. c. 6. § 3. sq.

(*b*) Huber ad ff. cit. d. SCri. Vellei n. 22. Id. Digr. Iustitia. p. I. l. 4. c. 35. et Thomas *Diss d SCri Vellei. Diss. I. A. u. d. Muelen. Iur. Pol. p. 3. qu. 21.*

(*i*) uid. *supr. I. I. c. 7. §. 4. n. 3.*

turali mituntur. Aequissimas omnino regulas illas non dubito dicere, neque enim persuadent, qui contendunt, aequitatem postulare in omnibus contractibus, ut leuissima culpa praestetur.

1. Natura ipsa docet, ad maiorem industriam nos in uno negotio, quam in altero obstringi. In contractu, ex quo ad nos solos omne lucrum peruenit, ad summam nos ex accepto beneficio industriam obligari.

2. Sed et illud rationi conuenit, tres gradus culpae aut industriae constitui, ut uel uterque ad parem, uel unus ad maiorem alter ad minorem diligentiae modum teneatur (k).

3. Imo et exceptionibus plerisque ciuilibus ratio non deest, quamuis quasdam passim subtilitates naturalibus placitis misceri non equidem negauerim.

#### IV.

Porro regulariter a nemine praestandum esse, sed rem suo perire

(k). Diff. Thomas. d. usu Pr. Doctrinae d. culpa.

ire domino, aequissimam naturae uocem esse credo, adeoque recte et commodatarium et creditorem, qui pignus possidet, a praestatione casualis interitus liberari.

1. Circa periculum commodati bis labitur *Grotius*, dum et ad commodatarium id pertinere, et legibus Romanis ita etiam constitutum esse contendit. Alii quoque hic in plures errores inciderunt, quos alibi notauimus ex instituto (*l*).
2. Circa pignus aliter eauerit ius antiquum Saxonum, sed Ciuite merito praeferatur. Vnde Constitutio El. Saxon. Ius illud primum propemodum iuri N. pronunciat repugnare (*m*).
3. Plane ob culpam, aut pactum casum aliquando etiam a non domino praestandum esse utrique et ciuili et naturali iuri conuenit (*n*).

## V. Ne-

(*l*) *Diff. d. aequitate Legum R. circ peric rei com.mod.*  
*adul. Thomas Disp. d. usu Pr. doctrinæ d. culpa*  
*c. I. §. 21. et 47.*

(*m*) *P. 2 Const El. 16. add. Carpz. ad eand. def. 6. et*  
*cit. Diff. §. 13.*

(*n*) *Guil. Grot. c. 20. §. 7. add. d. Diff. §. 25. sq.*

## V.

Neque quod periculum rei uenditae ad emtorem pertineat etiam ante traditionem a naturali aequitate alienum est, cum is iure Nat. tam dominus rei emtae censeri debat. Sed et ut ob insigne damnum circa fructus contingens pensio remittatur, naturalis aequitas non postulat quidem, suadet tamen omnino.

1. Iuris Ciuilis Philosophia circa emtionem non cohaeret, cum et uendorum esse dominum (*o*), et ad emtorem tamen periculum pertinere constituat (*p*). Rationes enim ceterae, quod debitor speciei interitu eius liberetur et commoda etiam rei uenditae emtorem sequantur, non sufficiunt huic rei, si ex mere naturalibus principiis eam aestimes. Nam et commoda ad dominum pertinere debebant, et in onerosis contractibus, qui casu impeditur

prae-

(*o*) quod recte monuit Grotius *I. 2. c. 12. §. 15.* contre quem frustra differit Kulpis. *p. 82. §. 4. lit. l. et m.*

(*p*) conf. Grot. *I. c. ibique* Kulpis et Zigler. *add. Huber. Digr. I. 4. c. 8. et Dreveri Diff. d. aequitatis legum Rom. circa gerie. rei vend.*

praestare, quod promisit, ab altero nihil  
quicquam uicissim potest postulare.

2. De locatione recte monet *Grotius* Ius Naturale non postulare (*q*), ut ob sterilitatem similemue casum pensio remittatur, cum nec augeatur ob improuisam ubertatem, et periculum circa fructus ad eum pertineat, cuius fructus sunt, id est ad conductorem. Aequitas tamen suadet iure suo non uti, atque remittere aliquid ei, qui alias operam etiam fuerat perditurus (*r*). Quam aequitatem leges nostrae in iuris uerterunt necessitatem.

## VI.

Usuras Ius Ciuale et Germanicum permittit, Ius Diuinum Mosaiicum et Canonicum improbat atque damnat. Naturali Iuri tantum abest, ut repugnet earum praestatio, ut et, quas ad usurariam prauitatem iura humana referunt, conventiones pleraeque licitae naturaliter sint, et subsistant.

### I. Non

(*q*) *Grot. I. c. §. 18.*

(*r*) *Kulp. Zigler. Felden. ad Grot. I. c. Puf. I. 5. c. 6.*

*9. 3. Menckent. Capit. L. N. Disp. 2. sh. 8.*

1. Non uniuersalis, sed particularis lex fuit illa Diuina, qua Iudeus a Iudeo usuras accipere prohibebatur (s).
2. Rationes, quibus Canonistae utuntur, quod pecunia fructus non ferat, eiusque usus non sit, nisi expendatur, ineprissimae sunt (t). Vnde, quod directo prohibent Canones, id alia via et per diuerticula permittunt (u).
3. LL. Ciuilibus quantitas usurarum determinari soler, naturaliter non centesimae tantum licitae sunt, sed quantaecunque, si fuerint promissae (x).
4. Itaque et quod ultra alterum tantum haud currant, et ex usuris non praestentur, ciuile est, non naturale, cum Anatocismus aequitati minime repugnet.
5. Illicitae igitur, si ex naturae principiis rem aestimes, illae tantum usurae sunt, quae ab egeno extorquentur, aut ab eo, qui ex pecunia

(s) uid. Ofiand. ad Grot. l. 2. c. 12. §. 20. Kulp. p. 83. Textor. c. 13. n. 9. Gerard. Noodt d. foen. es usur. l. 1. c. 10.

(t) uid. Engel. Coll. Iur. Cag. p. 4. l. 6. s. 21. Conart. Var. Ref. l. 3. c. 1.

(u) Grot. l. c. n. 2. Pufond. l. 5. c. 7. §. 12.

(x) uid. Noodt. l. c. c. 8. sq. Bodin. Diff. d. usur. ult. quincunc. licit.

(GRIBN. I. N.)

cunia credita nullum fere percepit lucrum. Mordentes has uocant. Rationes tamen prudentiae uix permittunt, ut publica lege his casibus prohibeantur, et ad id, quod uirtutis est, homines compellantur. Iam satis difficile est egeno creditorem inuenire, nullus erit, qui ei mutuo dabit, si gratis dare, qui uelint, cogantur.

## VII.

Vtrum in solutione pecuniae temporis, quo contractum est, an eius, quo restitutio fit, ratio haberi debat, Nat. Jur. Dd., et *Grotii* in primis interpretes, disputant. Nisi aliud actum fuerit, ad tempus contractus respiciendum esse, puto. Potest tamen contingere, ut aequius sit, tempus solutioni destinatum, aut intermedium, atque eum, quem tunc habuit moneta ualorem, attendere.

I. Ratio postulat, ut tantum restituatur alteri, quantum quis ab eo accepit. Itaque superueniens pecuniae mutatio creditori noce-

nocere non debet, sed nec prodesse cum debitoris detrimento (y).

2. Idem in aliis contractibus potest obtinere, e. g. locatione, uenditione. Namque contrahentes, certum est, non de alia cogitasse pecuniae qualitate, quam quae, cum contraherent, obtinebat.
3. Si, postquam debitor pecuniam acceptam expendit, eius ualor immittatur, aut plane etiam huiusmodi monetae genus in usu esse desinat, aequitas non paritur, creditorem damnum sentire immodicum ex mutuo dato cum debitoris emolumento. Contra si augeatur ultra uerum pretium ualor nummorum, qui dati sunt, debitoris habenda erit ratio, ne is plus reddere, quam acceperat, cogatur (z).

## VIII.

Verborum et literarum obligations Romanarum subtilitatum plenissimae sunt. Nat. Ius ambages stipulationum non requirit, sed nudo pacto uim eandem largitur.

Z 2

Sunt

(y) Grot. l. c. n. 17. ibique Kulpia. p. 83.

(z) Kulpia. l. c. p. 82.

Sunt et alia plura circa eas constituta, quae melius forte et rectius poterant definiri. Circa literarum uero obligationem utrumque praeter aequitatem constitutum uidetur, et quod intra biennium probatio solutionis ei, qui chirographum accepit, iniungatur, et quod post biennium non audiatur debitor, qui se non accepisse pecuniam probare uelit.

1. Ratio, cur stipulationes introductae sunt, ea fuisse uidetur, ne quis temere paciscatur (*a*). Id uero absque tantis ambagibus, et propemodum dixerim ineptiis, poterat obtineri.
2. Quod pro alio stipulari non liceat, parentumque cum liberis stipulationes irritas sint, Ciuilis iuris est, non Nat. Ut praeposterarum et inutilium stipulationum alia exempla omittam.
3. Contractus Chirographarius vix locum suum inter contractus tuetur. Mutuum praesumtum est, ex datione enim chirographi praesumitur pecuniae solutio (*b*). Ita-

(*a*) *vid. Hedinger. ad Inst. p. 101.*

(*b*) *vid. Tit. ad Lauterb. s. 4 R. C.*

Itaque contrarii probatio in debitorem debebat deuolui. Sed leges Romanae aliter constituunt, quas passim usus Germaniae deserit, qui aduersus cambia et documenta etiam garentiata exceptionem non numeratae pecuniae non admittit, et post biennium etiam exceptionem, quam non priuilegiatam uocant, aut dolii siue generalis, siue specialis, in iusto Iure Quiratum, opponi patitur (c).

## IX.

Quod a societate recedere liceat, pactumque irritum sit, quo, ut ad heredes transeat societas, cauetur, partim naturales, ciuiles partim rationes habet, et referri potest ad ea capita, ubi Ius Ciuile, ut Ictus loquitur (cc), addit aliquid, aut detrahit naturali aequitati. Poenitere cur in innominatis contractibus liceat, in nominatis non aequo, ad subtilitates pertinet, quas ne forum quidem amplius sequitur.

Z 3

I. Si

(c) u. Berger. diff. d. Except. non numer. pec. adu. camb.  
ib. 2. sqq.

(cc) I. 6. ff. d. I. et I.

1. Si a societate ita receditur, ut alteri alii ratione satisfiat, satius est dissolui eam, quam discordes et inuitos in societate retinere. Alias cuiusque arbitrio relinquere, quamdiu pacto uelit stare, alienum est a ratione naturali.
2. Sic et socius esse nequit heres socii, qui socio opem praestare non potest, ut omnino societas regulariter morte exspire videatur. Sed conuentione tamen interposita ualere debebat, quam et irre hod. ualidam esse non pauci contendunt (*d*).
3. Poenitentiae quoque non amplius in contractibus innominatis locum esse plerique tradunt, nisi lex commissoria conuentioni addita sit, quae recedendi ius in omni contractu praestat. Si naturaliter rem aestimes, nullum inter contractus discrimen admittendum, sed in singulis quid actum sit, atque, utrum mutua praestatio conditionis rationem habeat, considerandum erit, quod in gentium conuentionibus plenumque obtainere supra fuit monitum. *l. 3. c. 5. §. 4. n. 5.*

## X.

Sed haec exempli loco sufficiant. Nam, si singulis immorari ueli-

(d) *vid. Beyr. ad Inst. b. 1. pos. 15. sq.*

uelimus, propositos fines egrediemur. Itaque, quae de quasi contractibus, actionibus ex contractibus descendantibus, aliisque capitibus, addi poterant plurima, data opera omittimus.

1. Quasi contractuum titulo non opus erat, ad confirmandas illas obligationes, quas eo refert *Iustinianus*. Si, quicquid aequitas postulat, quando nec ex contractu, nec ex delicto oritur, ad quasi contractus referre uolumus, longe plures, quam uulgo traduntur, quasi contractuum species habebimus (e).
2. In singulis quasi contractibus, quae naturalia sunt, ab iis, quae mere ciuilia sunt, distingui fas est. Ad ciuilia instituta resоро, quod solutio indebiti cesseret, si piae causae facta sit solutio, et quod iuris ignorantia eam excludat.
3. Quod obligationes ex contractu oriundae ad utriusque heredes transeant, satis recte cautum est, id uero praeter rationes iuris, quod tutoris heres defuncti latram tantum culpam praefestet. Sed iam satis est exemplorum.

Z 4

4. Di-

(e) *conf. Thomas. Pbilof. Iur. d. Obl. et Act. c. 2. §. 131. sqq.*

4. Divisiones actionum in directas et utiles ne iure hodierno quidem usum habere manifestum est. Multo minus actione uerbis praescriptis amplius opus habemus, cum ex pacto, aut moribus condicione eius successerit locum. Quod ius Germanorum multo proprius ad Ius Nat. accedit, quam Philosophia Romanorum.

---

## CAP. IV.

## DE DAMNI DATI REPARATIONE.

## I.

**E**um, qui damnum dedit, ad restitutionem illius obstringi, ac satisfacere eo nomine laeso deberet, naturales aequae ac ciuiles LL. fanciunt. Damni nomine autem quamcunque laesionem et iniuriam nobis, uel rebus nostris, illatam complector.

I. Ad prima iuris principia pertinet tritum illud; Neminem laede. Ex hoc sponte fluit, persequi eum, qui laesus est, ius suum posse,

posse, eumque, qui laesit, ad satisfactio-  
nem eo nomine praestandam obligari (*a*).

2. Laesionis genera varia sunt, imo infinita,  
omnes enim hic iniurias ac damna omnia  
complectimur, siue mediate, siue imme-  
diata nobis illata fuerint (*b*), sed et delicta,  
ex quibus priuatis persecutio aut compe-  
tit, ac competere potest.

## II.

Neque interest dolo, an culpa  
datum damnum sit, utrumque  
enim praestandum est, cum negli-  
gentia alterius ipsi potius, quam  
aliis damnosa esse debeat. Eos ue-  
ro, qui dolii capaces non sunt, in-  
fantes, furiosos a damni dati repa-  
ratione leges Romanae absoluunt,  
quamuis non desint naturales ra-  
tiones, quae ab his quoque satisfa-  
ctionem exigere permittant.

- I. Licer grauius delinquit, qui dolo, quam  
qui culpa nocet, ad restitutionem tamen  
damni dati uterque perinde tenetur.

Z 5

2. Ne.

(*a*) *u. Puf. d. Off. l. 1. c. 6. §. 3. sqq. Grot. l. 2. c. 17.  
§. 1. sqq.*

(*b*) *vid. Grot. l. c. §. 6. sqq.*

2. Neque lata tantum culpa, tue grauissima negligentia hic praestanda est, sed omnis, quae euitari facile poterat, quod pro negotii et circumstantiarum ratione aestimandum est. Culpam enim leuissinam sine discrimine praestandam esse. Ciuiiles quidem leges sanciunt, sed naturalis ratio non aequa praecipit. Damnum fortuitum non reparandum esse, utrumque ius confirmat,

3. Ius Saxonicum priscum etiam ab infantibus Wergeldi praestationem exigi permittit (*c*), usus fori ciuili iuri inhaeret, atque eos a damni praestatione liberat (*d*), nisi pubertati proximi sint, dolique capaces. Vitrum ius Sax. an Ciuite naturalibus principiis magis conueniat, in utramque partem disceptari potest (*e*).

### III.

Sane ratio non apparet, cur quae furiosos et infantes absoluunt Romanae leges aduersus animalium, qui

(*c*) *L. R. l. 2. c. 65.*

(*d*) *Carpa. Pr. Crim. p. 3. qu. 143. n. 8.*

(*e*) *Pro Romano Iure contendit Lysenus Collat. Iur. Sax. et Rum. tb. 45. Pro Iure Patrio Thomas. d' Larua Leg. Aqu. tb. 9. add. Disp. deinceps cum nobis. matre Observ. 2.*

qui noxam dederunt, dominos, actionem concedant. Seruos perinde ac liberos homines ex damno dato obstringi certum est. Itaque, quam leges Romanae aduersus dominos eorum actionem concedunt, naturali aequitati non repugnat.

1. Si aequum est, damnum ab animali datum restituiri, non apparet, cur ab infante, aut furioso illatum non aequo debeat reparari.
2. Vtrum autem actio, quae de pauperie competit, naturalis, an mere ciuilis Iuris sit, disceptant Dd. Naturali aequitate eam omnino niti contendunt Pufendorff, Simon, Schilterus aliquique (f), secus Grotius (g) statuit, quem Commentatores nonnulli sequuntur.
3. Lex Diuina forensis *Exod. 21. v. 35.* damnum ad utriusque animantis dominum ex aequo

(f) Pufend. l. 3. c. 1. §. 6 Schilter. ad ff. *Ex. 19. tb. 1. sq.* Simon ad Grot. Menck. *Disp. 2. tb. 16. add.* Seebach. *d. pignore noxali.*

(g) Grot. l. 2. c. 17. §. 21. *de Busch. Disp. ad bunc Grotii locum.*

aequo uoluit pertinere; Graeci noxae traditionem simpliciter imperarunt (*b*). Ius Saxonicum aut statim abigi animal uult, aut damnum simpliciter praestari (*i*). Vtrique et Graeco, et Saxonico praferenda uidetur Romanij Iuris dispositio (*k*).

4. Seruorum alia ratio est, ac animalium: In hos et dolus, et culpa cadit. Itaque Iure Nat. in hos ipsos datur actio. Cum lex ciuilis eos ita in potestate domini constituat, nulla ut ratione per se laeso satisfacere possint, iustumque et aequum est, dominum eo nomine posse conueniri (*l*).

#### IV.

Aduersus heredes actionem ex delicto dari, negat *Iustinianus* et *ICti Romani*. Vtrum Ius Canonicum eam concedat (*ll*), controuersum est inter Dd. Si ex principiis ratio-

(*b*) *Petit. d. LL. Attic l. 8. t. 3.*

(*i*) *E. R. l. 2. art. 40 Schilter. l. c. tb. 6.*

(*k*) *H. O. Menck. Diff. d. aequitate LL. Romanarum circa noxae dedit. animal.*

(*l*) *Pufend. et Menck. l. c.*

(*ll*) *u. c. 5. d. raps. ibique glossam.*

rationis ferenda sententia, heredes omnino condemnandi erunt.

1. Ex delicto alterius poena nemo affici debet, ne heres quidem eius, qui deliquerit; sed alia ratio poenae est, alia actionis, quae ex delicto oritur, atque eius in primis, qua agitur ad damni dari reparationem.
2. Sed et poena ciuilis ab heredibus exigere posse uidetur, cum non ex suo eam praestare compellantur, sed ex hereditate defuncti. Neque enim alia ratio est debiti, quod ex delicto oritur, quam obligationis, quae ex contractu descendit. Ex quacunque causa oriatur debitum, dissoluendum id uidetur ex hereditate defuncti, cum hereditas non intelligatur, nisi soluto aere alieno (*m*).
3. Ius Canonicum igitur hic recte Ciuali usus fori praeferit, licet illius dispositio non adeo manifesta sit, aut saltim non generalis, et ineptissimae, quibus interpretes non nulli utuntur, rationes.

## V. In

(*m*) conf. Hedinger. ad Inst. p. 160. §. 12. & Thomas. d. Laru. L. Aquil.

## V.

In duplum, triplum, quadruplum aut amplius etiam eum puniri, qui dolo malo damnum dedit, iniquum non est, neque suis, quae hanc poenam continent, leges rationibus destituuntur. Naturalis tamen iuris simplicitas in simpli restitutione acquiescit.

1. Sunt, qui actiones omnes, quae in duplum et amplius tendunt, aequitati repugnare, ac moribus etiam omnes actiones non nisi in simplum dari contendunt. Sed aequitas iuris Romani facile asseri potest; praeternaturalis tamen est omnis poena definita:
2. Sed nec desunt, quae forte in legibus Romanis iure desiderari possint. u. g. quod ob culpam etiam aut imputatum delictum in duplum actio tribuatur, quod de vi raporum in triplum, de furto contra in quadruplum agatur, etc. ut subtilitates Aquiliae Legis ac multa alia similia prætermittantur.
3. Eadem est ratio capitinis illius, quo ex delicto actio contra singulos in solidum datur,

tur, quod, licet non iniustum sit, non est tamen naturale.

## VI.

Non uacat per singula laesionum genera, delicta priuata et quasi delicta progredi. Coronidis loco de actione iniuriarum aliquid adiicemus. Pleraque remedia, quae adversus iniuriam leges suppeditant, tanquam iniusta haud pauci reiiciunt; sine causa, ut puto. Nam ne ipsa quidem aestimatoria actio, ac retorquendi licentia, quae moribus legitimum praesidium habetur, Naturali Iuri repugnat. Ex conditione rei, agentis animo, et ceteris, quae circumstant, illicita et iniusta fiunt aliquando remedia illa, quae tamen in uniuersum eam ob causam nequeunt improbari.

- I. Philosophiam Iuris Rom. circa quasi delicta minus accuratam esse, alii iam monuerunt. Culpam nunc ueris, nunc quasi delictis accensent. Ob aliorum delictum

Etum nemo coēcendus est, nisi ipsi circa illud negligentia imputari possit. Itaque ob culpam non alienam, sed propriam dantur, quae ex quasi delictis oriuntur actiones.

2. Iniurias negligere, spernere aliquando honestum est, non tamen semper necessarium. Ne regulas quidem Christianae disciplinae id putem postulare.
3. Vnum genus actionis praestare alteri, facile dederim, sed quod nunc utilius videtur, id casu alio minus commode adhibetur. Expedit ergo diuersa constitui coēcendae iniuriae remedia, ut eo modo quisque cohabeatur, qui eum potest in officio retinere. Sunt, qui aestimatoriam ualde formident, sunt, qui plane contemnant. Alii ad deprecationes prompti sunt, alii uix grauiori poena proposita, ut coram iudice a laeso perant ueniam, et, se deliquisse, fateantur, compelli possunt.
4. Retorsio quoque aliquando innoxia est (<sup>n</sup>), si nec sine incommodo persequi, nec omnino negligere liceat iniuriā illatam; malitia hominum, vindictae cupiditas et hoc et ceteris remediis potest abuti. Sed huic rei

(n) *Differ.* Boehmer. *Conf* Beyerus *Progr. pac. add.*  
*Menck. d. prob. anim. iniur.*

rei Legislatores nequeunt cauere. Satius tamen est retorsiones ciuibus omnino non permittere.

## CAP. V.

## DE IVRE PRIVATO VNIVERSALI CIRCA DOMINIVM.

## I.

**Q**uae leges Romanae de natura libus acquirendi modis cauent, ea quidem Iuris Nat. principiis non ubique satis conuenire, sed praeter naturalem rationem pleraque constituta esse palam est. Si ad prima dominii et proprietatis initia respiciamus, sola conuentio et diuisio iustus est, et naturalis acquirendi dominii modus, non occupatio, nisi lex, aut conuentio praecedat. Sed haec ad statum mere naturalem et Ius N. absolutum pertinent, cuius *primo libro* iam habuimus rationem.

Aa

z. Quis

(GRIBN. L. N.)

1. Quis credat subtilitates, quae circa accessiones obtinent, esse naturales (\*). Quis contra dicat, donationem modum esse acquirendi dominii mere ciuilem. Sed de his plura paulo post.

(\*) conf. Thomas. d. pretio affect. in res fungibil. non cadente.

2. Occupationem modum naturalem dominii acquirendi esse, non *Iustinianus* modo et *ICti*; sed naturalium etiam legum interpretes plerique tradunt (a). Sed ratio non appareat, qui in rem communem ius nobis tribuere possit sola rei apprehensio et voluntas nostra in praetudicium reliquorum (b).

## II.

In Republica supponimus communionem esse sublatam, singulisque dominia esse firmata et quietas possessiones. Itaque deriuatiui magis, quam originarii acquisitionum modi hic occurruunt. Namque et ipsa occupatio, quatenus in Republica locum habere potest, deriuatiua

(a) uid. *supr. l. c. c. 6. §. 5. lit. a. et b.*

(b) uid. *diff. d. eo, quod iustum circ. fer. ex custod. dil. c. l. §. 2.*

tiua acquisitio est, qua per Rem-  
publ. res in quemcunque appre-  
hendentem transfertur.

1. Licet ultima dominiorum origo ex lege ci-  
uili repeti nequeat, non est tamen inficiantur,  
per leges et primas conuentiones  
ciuium in tuto constitui possessiones sin-  
gulorum, ac muko certius atque accura-  
tius, quam sine Lege definiri.
  2. Originarii modi acquirendi dicuntur, qui  
bus res, quae nullius est, nostra fit, de-  
riuatiui, quibus ab uno ad alterum trans-  
ferrur.
  3. In Republica non dari res nullius, res  
communes, sed omnia, quae singulorum  
non sunt, uniuersorum, id est, Reipubl.  
esse, supra monitum fuit. Secus ICri phi-  
losophantur, quorum principia Demo-  
cratiam sapiunt, et statum priscum Qui-  
ritum (t).
  4. Hoc igitur probe stabilito, consequitur, si  
occupatio lege permittatur, id beneficio  
Principis aut Reip. contingere. Eumque  
non modo prohibere occupationem re-  
rum huiusmodi posse, sed et prohibuisse

(c) vid. Diff. d. pratind. Princip. ex abrisu Lut. Lufit. t. 3. S. 3. Lyterus Specim. 24. medic. L.

uideri, nisi aliud expressa sanctione declarauerit.

5. Ita uero etiam facile poterit vindicari prohibitio uenationum, restrictum ius, quod ex inuentione occupanti leges Romanae tribuunt, etc. Cum, quicquid hic superfit licentiae, beneficio Reip. debeatur. De acquisitione bellica, quam leges Romanae hic quoque memorant, in *Iure Gent.* expositum fuit.

### III.

Modus, quo ab uno in alterum transfertur dominium, legibus Romanis traditio appellatur, quam naturalem esse acquirendi causam plerique contendunt. Et sane nemo dubitat, per eam dominium transferri, sed, annon et sine ea transeat, et per ipsam promissiōnem transferatur, contenditur. Ego aienti sententiae accedere non uereor: recte tamen traditionem, et in rebus immobilibus praesertim, iudicialem etiam, requiri censeo. Nam, quamuis naturale ius

ius id non postulet, publica tamen utilitas omnino suadet.

1. Negant leges Romanae, pactis dominium transferri, negat etiam *Kulpis* aliquique Nat. Juris interpretes (*d*). Ego Grotium sequor, qui negat traditionem requiri ad transferendum dominium, et solo consensu id transmitti posse recte docet (*e*).
2. Expedit tamen Reipubl., ut dominia sint certa, ut constet, cuius quisque fundus sit, et fraudes eorum, qui aliena uendunt, euari possint.
3. Itaque saluberrimae leges sunt, quae iudicialem resignationem dominii in alienationibus praediorum requirunt, quas et ad alia iura seruitum, hypothecatum etc. utile erat, proferre, sublati prorsus tacitis et conventionalibus hypothecis.

*Dictum de incommodis tacitarum hypothecarum.*

#### IV.

Quae circa accessiones in tit. d.  
Rer. Diu. et Acquir. rer. dom. tra-

Aa 3

dun-

(*d*) *Kulpis*. p. 61. lit. d. *Textor*. c. 8. n. 48. *Kestner*. c. 5. §. 20.

(*e*) *Grot.* l. 2. r. 6. §. 2. *Huber Digr.* l. 4. c. 8. *Thomasi*. l. 2. c. 10. §. 161. *Schilter*. *ad Inst. tit. d. R. D.* §. 44. *Boecler*, *Zigler*. *ad Grot. d. l. p. 293.*

duntur, *Grotius*, *Huberus*, *Thomasius*, *Hedingerus* aliique ex instituto excusserunt. Sunt, quae frusta uocantur in dubium, sunt et, quae iure in Iustinianea Philosophia defiderantur.

1. Posse legislatorem omnia ita, ut *Iustinianus* constituit, definire, certum est, sed an, quod idem uoluit, definitiones illae omnes naturales sint, est in controversia (f).
2. De foetura frustra puto litem mouet *Grotius* (g). Alluvio quoque naturali aequitati non repugnat, neque magis, quae defatione et implantatione traduntur.
3. Sed circa altie destitutionem, specificacionem, fructuum perceptionem etc. multa aliter et rectius, atque naturalibus principiis convenientius, decidi potuisse, negari omnino nequit (h).

## V. De

(f) Conf. Grot. l. 2. c. 8. ibique Comm. Kulpis. p. 70.

(g) Grot. l. c. n. 18. sed uid. Huber. Digr. l. 4. c. 23. Kestner. c. 2. §. 16.

(h) uid. Grot. l. c. Thomas. d. pree. offecit. in res Jan. gib non cad. c. 3. §. 38. sqq. Schilter. ad Inst. l. c. §. 25. sqq.

## V.

De successionibus Cap. seq. videbimus. Donationem naturalem, non ciuilem causam esse acquirendi dominii, iam dicere occupauimus. Si modo iure Romano omnino rete inter modos acquirendi referuntur. Usucaptionem non male icti inter modos ciuiles referunt. Naturali enim ignorat usucaptionem, praescriptionem, nec per solam possessionem dominium acquiri patitur, nisi liquido de relinquendi animo pristini possessoris constet.

1. Modos et titulos acquirendi dominii confundunt haud pauci, dum donationem dicunt acquirendi modum (*i*). Naturali Iure non titulus tantum, sed et modus est dominii acquirendi.

2. Usucapio non repugnat Iuri N. (*k*) sed nec ex eo oritur (*l*). Vtrique falluntur,

Aa. 4 et

(*i*) Beyer. ad Inst. l. 2. tit. I. pos. 93. sq.

(*k*) vid. Kulpis. p. 44. lit. c. ibique cit. I. A. van der Muelen Iur. Poli p. 3. qu. 16. Diff. Amel. l. 5. c. 41.

(*l*) Diff. Kulpis. l. c. Conf. Felden. et Hennig. ad Grot. l. 2. c. 4. Kestner. c. 2. ss. 29. add. Coccei. Diff. d. silentio c. 1.

et qui iniustam eam dicunt, et qui ex iure  
Nat. originem eius repetunt,

3. Derelictio dominii pristini cum usucapio,  
ne confundi non debet. Ex solo tempora-  
ris lapsu illa non semper colligi potest, sed  
nec temporis lapsum semper requirit.

## VI.

Sed haec de modis acquirendi  
dominia sufficiat dixisse. Domi-  
nii capaces sunt omnes, furiosi et  
iam, et infantes, licet administra-  
tio rerum illis relinqui nequeat,  
sed aut per parentes, aut per tu-  
tores et curatores res ipsorum di-  
sponantur.

1. Specimen Logomachiarum Iur. Nat. exhib-  
ent contentiones Dd. de dominio, quod  
infantibus et furiosis alii negant (*m*), alii  
tribuunt, ex his rursus, alii potentia tan-  
tum (*n*), alii actu eriam secundo (*o*); Cum  
inter homines sana ratione praeditos non  
possit

(*m*) Grot. l. 2. c. 3. §. 6. Grasw. et Guil. u. der Muelen  
*ad eundem*

(*n*) Boecler *ad Grot.* p. 94. add. Ofiand. p. 696.

(*o*) Zigler. Hennig. Kulpis.

possit hic de ipsis rebus esse dissensus,  
de termino lites tantae non debebant mo-  
ueri,

2. Acquirere per se infans aut furiosus ne-  
quit, per alios ei acquiri potest. Retinet  
tamen, quae ante furorem habuit, et, quae  
leges ei attribuunt, etiam, ignorans licet,  
acquirit.
3. Iūra patris et tutoris *Lib. I.* attigimus.  
Ususfructus patri naturaliter in bonis libe-  
rorum non competit; diuisiones bono-  
rum, quae in *Tit. de peculio* occurruerāt, na-  
turales sunt, sed peculiorum ratiōdes et  
iura non aequē. Patrimonium etiam fi-  
lius fam. Iure Nat. habet.

## VII.

Ceterum naturaliier cuiuis di-  
sponendi de re sua arbitrium com-  
petit, ita tamen, ut a Legislatore id  
restringi omnino possit, sicuti pa-  
Etis etiam alienandi facultas et na-  
turali, et ciuili iure adimi atque  
amitti potest.

1. Minor alienare Lege Ciuili prohibetur,  
non aequē naturali. Pupilli res tutor alienat,  
si manifesta utilitas, aut necessitas id  
postu-

postulet. Iure, quo utimur, causa utilis non sufficit. Subhaestationem mores non nullorum locorum sine lege, sine ratione, non sine ingenti damno pupillorum, requirunt.

2. Quod maritus alienare fundum dotalium nequeat, naturale est, naturaliter enim dotalis ille dominio, quod mere ciuile est, destituitur. Vxor contra dotalia praedium etiam sola recte alienat, nisi lex id prohibeat, ut Rom. et Saxon.

3. Lege et pacto adimi potest alienandi arbitrium, atque pactum hoc perinde ac lex alienationem factam irritam reddit. Secus iure, quo utitur, obtinet quoad pacta.

### VIII.

Id quoque cuiuis dominium praestat, rem ut suam a quocunque vindicare possit, non ut quidem, sed instituta tamen actione. Neque pretium b. f. possessor recipit, sed gratis eam domino reddere obstringitur. Quae omnia naturali aequitate nituntur.

1. Iura quorundam locorum vindicationem in primis rerum mobilium negant dominis, et quemcunque emtorem statim secundum

rum reddunt, domino actione seruata contra eum, qui rem eius illicite contrectauit; sed aequius est ius Romanum, quod vindicationem dat contra quemcunque possessorem.

*Dictum de obligatione ex dominio et Grotii Philosophia circa hoc caput (p).*

2. Atque Iure mere Naturali, hoc est, in statu Naturali, etiam rem adimere licet et extorquere possessori. Id uero in Republ. non permittitur, ubi amittit ius suum, qui sibi ius dicit, poena durâ quidem, sed non iusta.
3. Pretium repeat emitor a uenditore, a domino repetere non potest, nisi omnino certum sit, rem alias plane peritaram fuisse, aut utili pretio seruata potius domino fuerit, quam emta. His casibus etiam leges limitationem admittunt.
4. De fructuum restitutione, quae circa b. f. possessorem iure nostro cauta sunt, plerique naturali aequitate nituntur, sunt tamen etiam, quae praeter eam constituta uideri possint (q).

*Dictum de fructibus consumptis, usuceptis, percipiendis.*

*CAP.*

(p) vid. Grot. l. 2. c. 10. ibique Comment. add. Simon. Diff. d. obligat. ex dominio Vol. I. Diff VIII. Schwarz. d. obligat. possessur b. f. ad rem domino restituendam.

(q) conf. Grot. et Simon. l. c. Puf. d. offic. l. 1. c. 13. Thomas. l. 2. c. 10.

## CAP. VI.

## DE IURE NATURALI SUCCESSIONVM.

## I.

**I**n naturali Statu cum proprietas rerum ab initio nemini competenteret, nec successioni locus esse potuit, sed possessio et possidendi ius cum uita exspirauit. Sed et post introducta dominia ius post mortem duraturum, atque ad heredes transmittendum non statim cum proprietate competuisse uidetur, donec consensu tacito dominis ius de rebus suis etiam post fatam disponendi relinquetur.

1. Communio primaeua nec testamenta, nec successiones legitimas admittit. In res, quae omnibus communes sunt, nemo alterius quicquam tribuere potest. Mortuus possidere desinit, nec transferre possessionem potest, quam amplius non habet (*a*).

2. Do-

(a) vid. Coccei. d. I. B. et P. Regni Portugall. §. 7. Thos. mal. origin. success. testament. Kestner. c. 13. §. 2.

2. Dominia non inferunt, ius ultra uitam duraturum, nec facultatem disponendi in casum, ubi dominium exspirat.
3. Itaque alia conuentione opus est, si non expressa, saltim tacita, ut testamenti factio competit, quam in Rep. Leges praestant.
4. Ex quo consequitur, citra iniuriam testandi facultatem adimi et restringi, successio numque iura a Legislatore definiri. Humanum tamen et aequum esse creditur, ea potestate moderate uti.

## II.

Hoc uero posito, arbitrium de rebus suis cuique etiam post fata relictum esse, integrum erit, aut per conuentione, aut per ultimam uoluntatem eo iure uti. Patera enim successoria ualida esse atque inuito eo, cum quo inita sunt, mutari non posse, aequitati conuenit.

1. Leges Romanae pacta successoria plerique improbant, sed mores naturalem aequitatem sequuntur, et tam ea, quibus acquirimus,

mus, quam quibus renunciamus hereditati, sustinent et confirmant.

2. Imo conuentio certius ius succedendi tribuit, quam dispositio testatoris. Haec enim reuocabilis est, illa, nisi utriusque consensu, mutari non potest.

### III.

**Vltimae voluntatis iura prolixè persequitur Ius priuatum, sed subtilitatum plenissima sunt, quae Rom. Leges constituerunt, ut quis non frustra hic desideret amicam iustitiae simplicitatem.**

1. Ex his plurima sunt, quorum ratio dari non potest, plura, quorum ratio hodie cessat.
2. Falluntur, qui haec contra ius nat. constituta et iniusta esse, qui septem et quinque testium numerum Legi Diuinae repugnare censent (b). Praeter, non contra, legem nat. haec constituta sunt; qui plane ad imere ius succedendi poterat Legislator, is, si restrin-

---

(b) vid. Ans. Matthæi Collég. fund. Disp. 7. lib. 25.

restringat et circumscribat, iure suo omnino uti censendus est.

3. Praeter rationem multa hic constituta esse, nemo negauerit, cur femina citius testari possit, quam masculus? cur quis pro parte testari nequeat? cur sine institutione testari non liceat? eius rei quis solidam ac iustam et naturalem causam dederit? ut infinita alia, quae circa accrescendi ius, conditiones, legata, fideicommissa ac substitutiones occurrunt, omittamus.

#### IV.

Si nihil quis de rebus suis disponuerit, ab intestato ei succeditur, quae et ipsa successio Iuris Nat. non absoluti, sed hypothetici est, quamuis ex hoc quoque successio collateralis uix demonstrari ac multo etiam minus plurimae, quae hic occurrunt, controversiae commode definiri possint.

i. Successio ab intestato supponit dominia, atque ea quidem morte non finienda. His positis aequum est, bona defunctorum ad liberos pertinere, ne, cum cetera omnia ab

ab aliis iam possideantur, omnis uitam sustinendi via illis veluti eripiatur (c). Accedit coniectura voluntatis, quod nemo malit extraneo, quam descendantibus suis bona sua relinquere.

2. Posterior ratio etiam ad ascendentes pertinet, et collaterales nobis propinquā cognatione coniunctos (d). Infinita tamen hic occurunt dubia, quae citra legem ciuilem dirimi non possunt. *Quousque cum legitimis illegitimī liberi concurreret? An auus cum patre ad successionem admittit? an cum patre fratres? an inter collaterales representationis ius obtinere? utrum unilateralis frater, aut patruus, defuncti fratris filio praeferri? an cedere? an cognatis aequa ac agnatis successio deferri, et ad quem gradum ea extendi debet? etc. etc. uix per coniecturas sine lege expediri poterit, ut difficile dictu sit, utrum Ius Ciu. an Sax. aut aliarum Ciuitatum instituta proprius hic accedant ad naturalem rationem.*

3. Inde uero patet, etiam restringi posse successionis iura ad 6. 10. aut quemcumque

(c) *conf. Grot. l. 2. c. 7. §. 2. Puf. l. 4. c. 2. Kestner. c. 13. §. 9.*

(d) *uid. Vitriar. ad Grot. p. 164. Kulpis. p. 66. add. 11. Kestner. l. c. et Felden. ad Grot. p. 210.*

que alium gradum, citra cuiusquam iniuriam; in primis si saluum sit ei, qui consanguineis suis prospicere cupit, per ultimam uoluntatem subuenire.

## V.

Legitimam Iuris N. esse plerique olim existimarunt. Sed nec quantitas eius, nec cetera, quae circa illam definita sunt, Iuris sunt Nat. nisi quod liberis, et parentibus aliisque, qui se exhibere non possunt, aequitas postulet etiam post mortem, si fieri id possit, propicere.

1. Ita uero non debetur liberis, qui alimentis non indigent (*e*), contra relinquenda erit etiam fratribus egenis, quos Ius Civile praeterire permittit.
2. Exheredationis iura tanquam dura et secura improbat et damnat *Io. Andreas van der Muelen* (*f*), cui facile pederim liberis etiam ingratis, quibus alimenta deficiant, aliquid relinquendum esse, unde se sustinere possint.

(e) conf. Thomas. d. legitim. uiuent.

(f) *Iur. Poti* p. 3. qu. 49. conf. *Disp. d. exhered. liberor.* propter sine consensu parentum contractas §. 3. sqq.

possint. Alias etiam non ingrati praeteriri possunt; plus vero tribui illis, qui obsequio successionem meruerunt, quam ceteris, aequissimum omnino est (g).

3. In *Tit. d. Inoff. Test. et de Exhered. Liber.* plurima occurunt, quae praeter naturales rationes sancita sunt; sed Commentarium Iuris N. ad ff. iam meditari non licet, itaque hic subsisto.

## CAP. VII.

### DE IURE LITIVM.

#### I.

**D**e Iure Nat. processuum ex instituto egit *Eisenhardus* (a). Fateamur necesse est, eam, qua hodie in foro utimur, procedendi rationem multum recedere a principiis rationis, prudentiae et aequitatis. Sed ad ordinationes Iudiciorum,

(g) *ad Grot. lib. 3 c. 7 §. 7. Puf. lib. 4 c. 2. §. 10.*

(a) *Infl. Iur. Nas. c. 16.*

fum, singulosque terminos et periodos litium obseruationes dare iam non licet, aliqua tantum capita attingemus, ne plane omisisse hoc argumentum videamur.

1. Ipsae leges, quibus utimur, Iudiciaiae satis bonae sunt, sed fraudes rabularum, triccae et contentiones interpretum effecerunt, ut procedendi rationes minus expeditae sint, et legum praefidio iniquitas abutatur.
2. Inde desideria iam dudum omnium fere bonorum sunt, ut emendentur processus forensis rationes, tollantur et recidantur litium ambages, minuanrur sumtus, plana ac facilis persequendi ius suum via pateat.

## II.

Ius Nat. has regulas suppeditat: Primo iudicia esse debere non diuturna. Olim unius diei spatio gravissimae etiam lites finitae fuerunt, nunc uel leuissimae per decennium et ulterius facile ducuntur.

1. Inter causas, cur lites esse coeperint immortales, referri posse uidetur lucrum Iudicis, et Aduocatorum. Ex quo enim iudicia desierunt esse gratuita, et sportulae non amplius pro quantitate causae, sed pro singulis actibus, persolui coeperunt, cogitare etiam coeperunt homines lucri cupidi de illis multiplicandis, litibusque protractis.
2. Satius ergo forte fuerat omnino sportulas et honoraria patronorum tollere, ac sumtibus publicis utrisque salario definire; Ita nemo optabit litem diuturnam.
3. Cum uero breues lites esse cupio, non uolo esse cognitiones praecipitatas (*b*): displicet mos illorum, qui grauissimas etiam causas paucarum horarum spatio abrupti punct potius, quam absoluunt, qui iudices recta custodia tamdiu includunt, donec defententia conuenerint, ut eius suffragium iustius reputetur, cuius stomachus bene preparatus famem quam diutissime tollare possit.
4. Ceterum, si serio hoc agant Iudices et causarum Patroni, ut lis ex aequo quam primum definiatur, quis dubitet intra unum, aut paucos dies maximi etiam ponderis causam rite peragi et expediri posse.

III.

(*b*) add. Diff. d. litium ambagib. recidend. §. 6. sqq.

## III.

Deinde rationes procedendi debent esse faciles, non impeditae et fallaces, decipulae hominum et fraudum occasiones. Ignorarunt olim ueteres Germani fatalium multitudinem. Romani formulas solemnes et plures alias subtilitates non aliam ob causam excogitasse uidentur, quam ad decipiendam plebem.

i. Nihil iniquius est, quam animos eorum, qui rei suae intenti sunt, solemnibus formulis et cantilenis diuertere et distingere; nihil durius, quam causa cadere ob subtilatem, quam non assequaris; ita uero quotidie pereunt homines fatalium ignari culpa Aduocatorum et legum seueritate.

## IV.

Tandem certa debet esse procedendi ratio, ut constet cuius, quam sequi debeat uiam, ut ne in pari causa unus obtineat, alter succumbat.

1. Itaque expedit Reipublicae definiri contiouerrias Dd. in primis eas, quae ad procedendi rationem pertinent, cum illae omnes lites remorentur, et, nisi illis sublatis, nemo satis certus esse posit, qua ratione causam suam in iudicio agere debeat (c).
2. Nulla res grauior esse solet illis, qui causa cadunt, quam si videant, alios in pari causa obtainere. Contra iniquum etiam quodammodo ius aequum esse incipit, si omnibus ex aequo reddatur (d).

## V.

Iam circa singula, aut praecipua saltim Processus capita fas erat occupari. Sed satis est, reliqua in principiis Processus iudicarii commodius exponuntur.

1. Satius est de his nihil, quam pauca dicere. Itaque etiam de iis, quae substantialia Processus dicuntur, de Litis Contestatione, Probatione, Testibus, iure iurando, instrumentorum fide, Appellationibus etc. nihil dicemus (e).

## CAP. VIII.

(c) uid. Diff d. recidend. lit. ambag. §. 47.

(d) uid. Diff d. iure incerto.

(e) conf. Eisenhard. l. c.

## CAP. VIII.

### DE POENIS.

#### I.

**P**oena in statu naturali non dantur, humanae, puto, quia iudex nullus est, qui constituere, aut exigere possit. In republica iis carere non possumus, cum praeципua fere causa, cur ciuitates constitutae sint, ea fuerit, ut seueritate poenae improbi in officio retinerentur.

1. Nec patrem, nec dominum ius uitae et necis habere supra diximus: aequali in aequalem, innocentem in delinquentem iurisdictio nulla competit (*a*). Itaque in statu naturali persecutio damni et vindicta locum habet, poena non habet.

2. Causa praecipua ciuitatum constituendarum metus fuit, et desiderium securitatis.

B b 4

Hanc

(*a*). *Diff. Grot.* l. 2. c. 20. §. 3. et 9. *conf. Thom.* l. 3. c. 7. §. 65. *sqq. add. Hobb.* d. *Ciu.* c. 6. §. 6. *Puf.* l. 8. c. 3. §. 7.

Hanc aduersus hostes defensio mutua,  
contra singulos ciuium leges et poenae  
praefstant.

## II.

Quales uero poenae constituen-  
dae sint, arbitrio Principis subia-  
cet, ad certas regulas reuocari uix  
potest; euitanda tamen est nimia  
lenitas, nimiaque seueritas, et pu-  
blicae omnino in primis ratio ha-  
benda utilitatis.

1. Omnia fere Rerum publicarum leges  
criminales differunt. Quod illa gra-  
uius, hoc alia mitius, puniuit delictum,  
sive casu, atque ex mero arbitrio, sive  
ex regulis prudentiae et rationibus ciui-  
tatis ita constitutum fuerit. Genius  
enim populi, frequentia delicti, utili-  
tas publica diuersum hic ius saepius po-  
stulant.

2. Plurimum igitur hic arbitrio Legislatoris  
relictum est; sed ad laudem boni Legis-  
latoris pertinet, leges habere aequas, poe-  
nas adaequatas. Mathematica tamen pro-  
portio nec exspectanda est, nec desideran-  
da, cum propter ingeniorum diuersitatem  
uix aut poenarum, aut delictorum graui-  
tas definiri possit.

3. Due

3. Duae tamen generales hic locum obtinent regulae; una, ut utilitatis publicae rationem Princeps habeat, eaque potissimum coērceat crimina, quae publicam salutem turbant; altera, ut crudelitatem omnem in poenis, quantum fieri potest, fugiat, atque tales constituat poenas, quae ulterius delinquendi occasionem non praebeant.

*Dictum de Legibus Draconis, de poena fustium, de relegatione, etc.*

### III.

Vtrum autem aequales illae, an inaequales esse debeant, siue, ut vulgo loquuntur, an proportio geometrica, an arithmeticā in poenis constituendis sit seruanda, Dd. disputant. Parum abest quin dixerim, nihil posse definiri; certe Legislatores nostros ad nullas regulas uidemus se alligasse. Si qua tamen omnino naturalis aequitatis habenda sit ratio, capitales poenas omnibus ex aequo con-

Bb 5

stitui

stitui debere crediderim, secus esse in ceteris, mulcta, carcere, relegatione etc.

i. Nam vitae cuique idem est pretium, mors irreparabile omnibus damnum aequa infert, pecuniae, libertatis, exilii non eadem omnibus est aestimatio, non idem ualor. An famae (b)?

#### IV.

Sunt, qui omnes capitales poenas tanquam iniustas reiiciunt, sunt, qui constitui eas posse negant, nisi in casibus, quibus Deus constituit, Vtrique frustra. Nam neque lex diuina positiva nec naturale ius legislatoriam potestatem tam arctis limitibus coërcet.

i. Naturae ius poenas capitales non exigere facile damus. Neque tamen eas prohibet, aut damnat. Leges uero diuinæ positivæ non permittunt tantum, sed etiam aliquando imperant, atque adeo hanc partem summae potestatis omnino confirmant.

2. Le.

(b) conf. quas supra dicta sunt l. 2. c. 3. §. 4.

2. Leges Diuinae de criminibus forenses sunt pleraque, et ad populi Iudaici rationes ac illa, quibus conditae sunt, tempora accommodatae, ut frustra *Grotius* contendat, ad eas sequendas Legislatores nostros obstringi (c).
3. Etiam in quaevis leuissima crimina capitale supplicium Princeps constituere potest, neque iniusta poena est, si de ea constet, euitarique delictum posit; duras tamen et iniquas eas leges esse, quae leuiora facinora morte puniunt, quis negauerit?

## V.

Puniti autem nemo debet, nisi aut confessus, aut conuictus; indicia ad inquirendum sufficiunt, non ad condemnandum.

1. Sed quae erit plena probatio? duos testes leges diuinae forenses et nostrae etiam requirunt; sed omni exceptione maiores esse debent, et iurati.

2. Si

(c) *I. i. c. 2. §. 14. add. Bachou. ad Treutler. V. 2. disp. 3. ib. 3. lit. g Bodin. d. Iure inhumani. ib. 1. add. Kulpis. p. 19. ib. 10. lit. s.*

2. Si indicia grauiora adsint, sed probatio plena deficiat, quaestioni locus esse solet, contra quam notum est, quae ab aliis differantur (*d*). Iuramento purgatorio in causa grauiori locum dare, ob metum periurii non minus est periculosum. Viderint alii, utrum satius forte fuerit suspendere tantisper cognitionem, ita tamen ut suspecto, dum pendet causa, eludendi iudicium et nocendi ulterius potestas et occasio adimatur (*e*). Certe tormentorum usum non adeo necessarium esse, ut iis omnino carere nequeamus, plane sum persuasus.

## F I N I S.

(*d*) *uid. Diff. d. reperit. tormentor. conf. inficiant.* §. I.  
seqq. *Thomaf. d. tortura e republ. Christian. elimin.*

(*e*) *uid. cit. Diff. sb. ult.*

L. B. in fronte statim Praefationis pro AVCTORIS,  
AVCTORE legere, et alia, quae forte irrepserunt,  
menda emendare, officiose rogatur.

INDEX



# INDEX I. AVCTORVM.

## A.

Abicht  
Agrippa *Cornel.*  
Albericus *Gentilis*  
Alberti  
Aletheus *Theopb.*  
Ambrosius  
Ameisius  
Arcuarius *Daphn.*  
Aristoteles  
Arndtius  
Arumaeus  
Augustinus

## B.

Bachou. ad Treutl.  
Balduinus  
Bartholinus  
Bartolus  
Bayle.  
Becmannus  
Begerus  
Beierus *Adrian.*  
Berger  
Berlichius  
Beyerus  
Beza  
Bittigius  
Birghden  
Bodenstein

Bodinus  
Bœclerus  
Boehmer  
Boxhorn  
Brandes  
Brenneisen  
Brickner  
Brunnemann  
Brutus *Stephanus Iu-*  
*nus*  
Buchananus  
Buddeus  
Burgus  
von dem Busch  
Bynckershoeck

## C.

Calixtus  
Callier  
Caroccius  
Carneades  
Carpzouius  
Cedrenus  
Cicero  
Cocceius *Henr. et Sam.*  
Conringius  
Couarruias  
Crellius  
Cumberland

## D.

# INDEX.

<b>D.</b>	<b>Hannekenius</b> <b>Harprecht</b> <b>Hassen</b> <b>Hebenstreit</b> <b>Hedinger</b> <b>Hemmingius</b> <b>Henniges</b> <b>Hertius</b> <b>Hertelius</b> <b>Hippolithus <i>a Lopide</i></b> <b>Hobbesius</b> <b>Hoffmann</b> <b>Hopperus</b> <b>Hoppius</b> <b>Horatius</b> <b>Hornbeck</b> <b>Hornius</b> <b>Hottomannus</b> <b>Huberus</b>
<b>E.</b>	
<b>F.</b>	
<b>G.</b>	
<b>H.</b>	
<b>I.</b>	<b>Iaeger</b> <b>Iaeschckius</b> <b>Ianus</b> <b>Iosephus</b>
<b>K.</b>	<b>Kahler</b> <b>Kemmerich</b> <b>Kestner</b> <b>Ketwig</b> <b>Klein</b> <b>Knichen</b> <b>Kress</b> <b>Kuhnius</b>
	<b>Kün-</b>

# AVCTORVM.

**Künhold**

**Kulpis**

**L.**

**Lactantius**

**Landsberg**

**Lamius**

**Lauterbach**

**Lederer**

**Leibnitz**

**Leyser**

**Lipsius**

**Liuius**

**Ludouici**

**Ludolph**

**Ludwig**

**M.**

**Masius**

**Matthaeus *Ant.***

**Mauritius**

**Melanchtron**

**Mencken *Luder. Henr.***

***Otto et G. L.***

**Menzius**

**Meuius**

**Milton**

**Minuckius *Felix***

**Molina**

**Mollerus**

**Mornaeus**

**Muelen *Guil. van der***

**Muelen *Io. Andr. van***

***der***

**Muldnerus**

**Mulier**

**Munchhausen**

**Musæus**

**Mylerus**

**N.**

**Naeuius**

**Nirzschius**

**Noodt *Gerardi***

**O.**

**Obrechr**

**Obseru. Hallenſ.**

**Ochinus**

**Olearius *I. A. et G.***

**Omeifius**

**Osiander**

**P.**

**Palthenius**

**Pasch**

**Peritus**

**Philo**

**Pictetus**

**Placette**

**Plato**

**Plutarchus**

**Poiretus**

**Pregizer**

**Pritius**

**Proeleus**

**Pufendorff**

**Pythagoras**

**R.**


**Rachel**

**Rechenberg**

**Rey**

# INDEX I. AVCTORVM.

Reyherus	Stiglitz
Rhetius	Strauchius
Rhodius	Straussius
Riuinus	Strimesius
Roehrensee	Struius
Rorarius	Stryckius <i>S. et L. S.</i>
Ryssel	T.
	Tesmar
	Textor
	Thanner
	Titius
	Thomasius <i>Chriſt.</i>
	V.
Sanderſonn	Valla
Sandius	Vallenſis
Sanctius	Vasquius
Scargilius	Velthem
Scharrockius	Velthuyſen
Schelwigius	Vitriarius
Scherrzerus	Voetius
Schilterus	W.
Schmidius	Wagenseilius
Schnaderbach	Weberus
Schneider	Weifius
Schoepffer	Weichkman
Schoockius	Welwodus
Schultzius	Werenfels
Schwarzius	Werlhoff
Schwertner	Wernher
Schwopius	Wernsdorf
Seebach	Wesenbec
Selden	Willenberg
Seneca	Winckler
Seifellius	Witsius
Sibrandus	Wolffius
Simon	Z.
Sleidanus	Zentgrauius
Stauinskius	Zepper
	Ziegler
	Zollius.
	IN-



## INDEX II. RERVM PRAECIPVARVM.

### A.

- A**cquirere per se num furiosus et infans possit? pag. 377  
Acquirendi modi originarii quinam dicantur? 371  
Acquisitio bellica 309  
Actiones in duplum aequitati num repugnant? 366  
- - earum diuisio 360  
- - de pauperie cuius generis 363  
- - ex delicto an aduersus heredes dentur? 364. sq.  
- - earum genus unum alteri praefat 368  
Aequalitas alia in statu naturali, alia in ciuili 66. sq.  
Aliuino naturali aequitati non repugnat 374  
Anatocismus 353  
Aquas corrumperet in bello arriceat? 305  
Aristocracia quid sit? 193  
- - in ea quis leges ferre possit? 169  
- - eius formae uariae 194  
- - in ea principatus quid sit? 195  
- - Optimatum numerus qualis? 194

Cc

Aristo-

(GRIBN. I. N.)

## INDEX II.

<b>Aristocratia</b>	
in ea Magistratus temporarij an Maiestate habere possint?	195
Successores Optimatum quomodo in ea eligantur?	196
Optimatum in ea potestas qualis?	197
<b>Arma</b> , quibus prosterpere hostem liceat?	304
uenenatis uti, iure naturali non prohibitum.	305
<b>Artibus Magicis</b> num in bello uti liceat?	307
<b>Athei</b>	
iuramentum quale?	106
<b>Avaritia</b> iuri naturae repugnat	150
<b>Autochiria</b> contra ius naturae est	58
 <b>B.</b>	
<b>Bellica calliditas</b> in quantum permitta?	307
acquisitio terrarum in bello	sqq.
offensio quando suscipiantur?	309
gerentes neminem iniuria afficiant	315
<b>Belluarium</b> in bellis usus	305
<b>Bellum</b> , iustum quod dicatur?	298. sq.
offensio quando suscipiantur?	ib.
gerentes neminem iniuria afficiant	315
eius sedam in terram pacatam transferre non liceat	322. sq.
eius incommoda, an siti, inedia et armis uenenatis augere liceat?	305
 <b>Bellum</b>	

R E R V M P R A E C I P V A R V M.

Bellum quomodo finiatur?	323
Bona Coronae unde?	179
Bruta animalia, an ius naturale in ea cadat?	15

C.

Calliditas bellica quoisque licita?	308
Capitulationes in imperiis unde?	207
Captiuos interficere in iustum	309
Captiui, cui tradendi?	313
eos in servitutem adigere iuri naturali non repugnat	310
Carnis et sanguinis esus an licitus?	149
Castrum in terra pacata occupare non licet	322. sq.
Causa iusta corrumpendi res hostium quae?	312
Certaminibus priuatissimis num belli exitus relin- quendus?	293
Christus an Legislator dici possit?	10. sq.
Cuius innocens an hosti tradi possit?	184
quinam illo nomine ueniat?	234
in quantum obsequium imperanti praestare debeat?	ib.
officia	184. 234. sq.
Ciuium diuersitas	235
diuersa etiam requirit officia	ib. sq.
eorum Iura unde perenda?	236
Chales Leges num contra Ius naturale?	347

INDEX II.

- 
- |  |          |
|--|----------|
| <b>Ciuitas sine Maiestate esse non potest</b>  | 163      |
| - - a Republica differt  | 229. sq. |
| <b>Ciuitatum plurium Systema quid sit?</b>   | 230. sq. |
| <b>Clerici num gratis in bello dimittendi?</b>                                       | 310      |
| <b>Communio rerum omnium</b>   | 65       |
| - - primaeva qua ratione et quando desierit?   | 82. sq.  |
| - - aq adhuc detur?  | 257      |
| - - absoluta nec testamenta, nec successiones legitimas admittrit                    | 380      |
| <b>Communes res in Republica non dantur</b>  | 371      |
| <b>Concubinatus an iuri naturae repugnet?</b>  | 113      |
| <b>Concubitus, qui procreandae sobolis causa non fit, num iuri naturae repugnet?</b> | 121      |
| <b>Condominium. uid. Dyarchia</b>  |          |
| <b>Coniugium quid?</b>   | 107      |
| - - an singuli ad illud ineundum obligentur?   | 108      |
| <b>Conseruatio uitae</b>   | 57       |
| <b>Contractus Chirographarius</b>  | 356. sq. |
| <b>Contractuum et paetorum divisiones num sint iuris naturalis?</b>                  | 347      |
| <b>Controversiae illustrium eodem modo, quo priuatorum lites tenues, dirimuntur</b>  | 292      |
| <b>Conuentiones priuatae in fraudem Reipublicae iniiri non possunt</b>               | 316      |
| <b>Crimen laesae Maiestatis an etiam in Republica committatur?</b>                   | 197      |

Crimi-

<b>Criminales Leges omnium fere Rerum publicarum differunt</b>	392
<b>Culpa, quibus delictis accensenda?</b>	367
- - lata, quando praestanda?	362
- - leuissima an sine discrimine praestanda?	ibid.
<b>Curatores Imperantium non habent maiestatem, sed eius exercitium</b>	202
<b>Cultus Dei theoreticus et practicus</b>	49. sqq.
- - interiorem et externum ratio adprobabat	53. sq.
- - publicum utilem esse ratio iudicat	55

## D.

<b>Damni dati reparatio</b>	360
Defensio priuata	69. sqq.
<b>Delicta, ob aliena nemo coercendus</b>	368
<b>Delictorum effectus an omnes poenae diuinæ sint?</b>	7
<b>Delinquentum cadauerā an insepulta relinqua?</b>	147
<b>Democratia quid sit?</b>	187. sq.
- - in ea quis leges ferre possit?	169
- - eius Leges fundamentales	189. sqq.
- - cui in ea ius Comitiorum et potestas deliberandi de re publica competit?	191. sq.
<b>Despoticum Imperium</b>	205
<b>Deus, ex qua causa summus Legislator?</b>	6

## INDEX II.

**Deus,**

- - Eius uoluntas Ius nostrum 7
- - an Iuri naturae derogare possit? 20
- - Eius cultus theoreticus et practicus 49. sqq.
- - Existentia unde intelligatur? ibid.
- - Vnitas unde? 51
- - Eius Prudentiam quid euincat? ibid.
- - de Essentia eius an ex lumine naturae constet? 52
- - Eius cultum interiorem et externum ratio adprobat 53. sq.
- - Maiestatis Auctor 262
- Digestorum ordo naturalis non est 346
- Dignitas in Republica unde? 183
- Dissimulatio aduersus hostem licita 309
- Diuortia, muruo consensu facta, ius naturae non damnat 113
- - Eorum causa quae admittenda? 114
- Domaialia unde? 179
- Domi*n*ii Ius in seruum** 137
- - an habeat Ius uitiae et necis in seruum? ibid. sq.
- - an Ius vendendi eum? 139
- - eorum officium erga seruos ibid. sq.
- Dominiorum origo ultima unde petenda? 371
- Dominium eminens quid sit?** 176

**Domi-**

RERVM PRAEcipVARVM.

Dominium,	
- - - eius fundamentum	177
- - - diuisio	ibid.
- - - abusus	178
- - cui competat?	ibid.
- - capaces quinam illius sint?	376
Duellis Principum an eorum lites tollendae?	293
Dyarchicum Imperium	195. 199.

E.

Electio Regis quomodo fieri debeat?	214
- E quibus instituenda?	215
- Variat quoad tempus et modum	ibid.
Emancipatio	132

F.

Falsiloquium	89. seq.
Familia	
- - ex quibus personis constet?	141
- - eius iura, unde petenda?	ibid.
- - num sine liberis et seruis esse possit?	142
Fines, an olim fuerint inter gentes?	255. seqq.
Foedera	
- - gentium, quaenam et quomodo seruanda?	268. seq.
- - in quantum cum omnibus gentibus sint ineunda?	270. seq.

Ec 4

Foedera

## INDEX II.

### Foedera

- - Christianorum cum infidelibus in quantum ualida? 271
- - aduersus infideles inita an iusta? ib.
- - quousque obligent? 272
- - diuersa in quantum fieri possint? 274. seq.
- eorum interpretatio 276. seq.
- eorum praecipua uirtus ibid.

### Foeminae

- interficiendae in bello non sunt 304
- num gratis in bello dimittenda? 310
- illustres bellum saepe finiunt 329
- Furis nocturni occisio num licita?** 72
- Fariosi iure naturae non tenentur** 14

## G.

- Genti in gentem imperium non competit** 290
- Gentes, in quantum sibi inuicem sint aequales? 249
- Gradus in contrahendis matrimonii nulli prohibiti Iure Nat.** 118

## H.

- Haeresis, an ob eam quis puniri debeat?** 181. seq.
- Heredes, aduersus eos actio ex delicto 364
- Homagium, inuasori praestitum, legitimo Regi ius suum adimere nequit** 241

### Hemo

- eius officia, quaenam sint? 145
- quotuplicia? 46
- erga bruta num dentur? 149

### Hono-

RERVM PRAECAVARVM.

Honores in republica, unde?	183
Hostem quando interficere liceat?	303
- - ad delinquendum incitare illicitum est	
- - - eius res, quaenam dicantur?	307
Hyberna in terra pacata locare non licet	322. seq.
Hypotheceae tacitae	373

I.

**Imperium**

- eius origo	81, 156. seq.
- eorum diuisio	159
- despoticum "	205
- - quid in eo liceat Principi circa regnum et subditos	ibid.
- hereditarium	213, 218.
- successuum	ibid. 218
- - quibus deferendum?	218. seq.
- electuum	213

**Incantationum usus impius est etiam in bello**

Indictio belli quomodo fiat?	307
Inedia hostem uincere, an licitum?	301
Inermes interficere non licet	305
Infantes	303

- iure naturae non tenentur	14
- non sunt occidendi in bello	303
- num gratis in bello dimittendi?	310
- an per se acquirere possint?	377

<b>Injuriam ob illaram bellum quando recte suscipiatur?</b>	307
---	-----

## INDEX II.

Institutionum ordo num naturalis sit?	346
Interficere hostem, integrum est	303
Intermedii, quinam dicantur?	320
Interpretatio eiusque regulae	276. 336.
Interregnū, quando locum habeat?	216
- - eius tempore apud quos exercitium maiestaticorum iurium sit?	216
Inter-Rex, quomodo constituatur?	ib.
Invasores, quinam sint?	238. seq.
- - eorum diuisio	240
- - an Interfici possint a quoctunque ci- uium?	ibid.
- - in quantum eis resisti possit?	ibid.
- - an eis cives se submittere debeant, si Princeps legitimus eos tueri ne- queat?	ibid.
<b>Iuramentum</b>	
- - voluntarium, an prohibitum?	100
- - metu extortum, an seruandum?	102. seq.
- - dolo elicitum non obligat	103
- - eius relaxatio	104
- - Athei, quale?	106
- - purgatorium	396
Jurare per alios Deos an liceat?	106
Jura ciuium unde petenda?	236
<b>Ius</b>	
- - eius definitio	I
- - aucupii	178. seq.
- - eligendi Principem penes quos?	214
	<b>Ius</b>

Ius

- - - fisci, unde?	179
- - - gentium, quid sit?	244. seq.
- - - eius uaria appellatio	245. seq.
- - - distinctio	246
- - - Principium essendi	ibid.
- - - cognoscendi	ibid.
- - innoxiae utilitatis	264. sqq.
- - legatos mittendi, quis habeat?	281
- - maiestaticum	166
- - eius diuisio	167
- - cur et quomodo restringi possit?	206

- - Naturae, absque conceptu de existentia Dei demonstrari non potest	12
- - - quinam eo teneantur?	14
- - - diuina nititur auctoritate	16
- - - perpetuum et uniuersale	18
- - - immutabile	ibid.
- - - an à Deo abrogari possit?	20
- - - eius principium uarium a uariis constituitur	ibid. seqq.
- - - qua ratione et methodo tradi debat?	38. seqq.
- - eodem omnes aequales sunt	63
- - eius diuisio	342. seq.
- - occupandi bona uacantia	118

Jura

## INDEX II.

Iura papalia et episcopalia quibus competant?	182
Ius pescationis	ibid.
- - primogeniturae, unde, et quomodo locum habeat in successionibus re- gnorum?	219
- - publicum uniuersale, quid?	152
- - eius diuisio	ibid.
- - Romanum, cur in eo tam diuersae Legum formae?	169
- - uenandi	178
Justitia, eius diuisio	5
Justum a licito et de coro quomodo differat?	4

## L.

<b>L</b> aesio, quid?	262
- - eiusdem genera quaenam?	315
Legatus, an mitti debeat?	282
- - eius priuilegia, unde et quaenam?	283. sq.
- - in quantum apud hostes ualeant?	287. sq.

<b>L</b> ex	
- - quos et in quantum obliget?	3. seq.
- - an non usu tollatur?	4
- - quotuplicis generis?	5
Legislatoria potestas ad conseruandam Rem- publicam necessaria	168

**Lex**

# RERVM PRAEcipiAKVM.

## Lex

- - - eius lator, num omnia, ut Iustinianus constituit, definire possit?	374
- - - eius officium	341
<b>Leges</b> , eas ferendi potestas apud quem?	168. seq.
- - - ciuiles, num contra ius naturale?	347
- - - criminales omnium fere Rerumpubli- carum differunt	392
- - - diuinae non habent se instar consilii	7
- - - sunt uel	
- - - uniuersales uel particulares	9
- - - positiuae aut naturales	11
- - - perpetuae aut temporales	10
<b>Leges iniustae</b> num plane non dentur?	340
- - - Iudeis a Deo datae nullo modo natu- rales dici possunt	342
- - - naturales solae an Rebuspublicis suffi- ciant?	337. seq.
<b>Liberi</b> , quinam ex familia expellendi?	132
- - - eorum successio ab intestato	ibid.
- - - eorum educatio, quomodo instituen- da?	ib.
- - - eorum obligatio et obsequium erga Pa- rentes	234
- - - num sine iis familia esse possit?	142
<b>Linguae</b> , earum origo	88
<b>Lites</b> , cur immortales esse coeperint?	388
<b>Liturgia</b>	179. seq.
<b>Logomachiae Iur. Nat.</b>	376
<b>Lytrum</b> , eo praestito captivos dimittere ar- bitrii est	310

M.

**M**

- M**agistratus inferior an potestate gaudeat 169  
 leges ferendi? 169  
**M**agicis attribus in bello uti illicitum 307  
**M**aiestas quid sit? 159  
 - - - tibi detur? 160  
 - - - unde? 161. seq.  
 - - - Eius auctor 162  
 - - - Eius ditisio 165  
 - - - Eius subiectum 164  
 - - - Eius iura quaenam? 166  
 - - - eorum diuisio 167  
 - - - circa sacra 179. seqq.  
 - - - in personas singulorum ciuium 182. seq.  
 - - - eius iura circa legum mutationem 168  
 - - - abrogationem ib.  
 - - - dispensationem ib.  
**M**are uniuersum nunquam occupari potest 260  
**M**ariti in uxorem imperium 110. seq.  
**M**ater, an potiorem potestatem habeat praepatre in liberos? 122. seq.  
**M**atrimonium, an mutuo consensu solui possit? 109. 112  
 - - - lege diuina positiva est indissolubile 113  
 - - - eius gradus prohibiti lute N. non dantur 118

Media

## RERVM PRÆCIPVARVM.

<b>Mediatores, eorum officium</b>	329. 331.
<b>Membrorum mutilatio quando licita et illicit?</b>	61
<b>Mente capti iure naturae non tenentur</b>	14
<b>Moderamen inculpatae cirelae</b>	70
<b>Monarchia, in ea quis leges ferre possit?</b>	169
- - quid sit?	198
<b>Monarchia temporaria cum magistratu non confundenda</b>	203
<b>Monarcha temporarius quis?</b>	ibid.
- - eius potestas	203
- - an abdicare possit?	204
<b>Monarchomachi</b>	200
<b>Monogamia, num polygamiae praferenda?</b>	116
<b>Morbo pestifero affectos in hostes immittere</b>	
iniquum ac indecorum	307
<b>Modi acquirendi originarii, unde reperiendi?</b>	371
<b>Mortuus possidere definit</b>	380

## N.

<b>Neutrales, quinam dicantur?</b>	320
- - eorum officia	ib.
<b>Neutralitatem qui non tuetur, pro hoste haberi potest</b>	321

## O.

<b>Obligatio, in quo consistat?</b>	2
- - gentium quotplex?	261. seq.
- - ex contractu oriunda ad heredes trans-	
it	370
<b>Obsides,</b>	

## INDEX II.

- Obsides**, quando dimittendi? 317  
 - - inuiti etiam dari possum 318  
 - - num gentium iure interfici possit? ibid.  
**Oceanus** an dominio cuiusdam subicit? 238  
 seq.  
**Occidere** num inuasorem liceat? 69  
**Occupatio**: modus dominii acquirendi naru-  
 ralis non est 370  
 - - in Rep. est modus dom. acqu. deriu-  
 tius 130  
**Officia**  
 - - **Belligerantium** 321  
 - - **Civium** 184  
 - - - diuersa ab hominum officiis 235  
 - - **Dominorum erga seruos** 139. seq.  
 - - **Gentium quoruplicia?** 261. seq.  
 - - - absoluta quaenam? 263  
 - - - hypothetica quaenam? 267. seq.  
 - - **Hominum quoruplicia?** 46  
 - - - erga Deum 49  
 - - - erga se ipsos 56. seqq.  
 - - **erga mortuos** 146  
 - - - erga bruta num dentur? 149  
 - - **Legislatoris boni** 341  
 - - **Liberorum erga parentes** 133  
 - - **Neutralium quaenam?** 320. seq.  
 - - **Pagorum inter se** 139  
 - - **Parentum erga liberos** 130. seq.  
 - - **Reipublicae erga ciues** 237

**Officia**

R E R V M : P R A E C I P V A R V M .

Officia seruorum erga dominos	139
- subditorum erga maiestatem	234
Optimates, eorum numerus in aristocratia qualis?	194
- - quales successores habeant?	196
- - Eorum potestas	ibid. seq.
- - in imperii limitatis arbitros inter Prin- cipem et populum constitui con- silio est	211
Ordo institutionum ac digestorum non est naturalis	345
Originarii acquirendi modi, quinam dicantur?	371

P.

**Pacta,**

- non obligant ebrios et infantes	92
- de factis illicitis et impossibilibus qua- tenus ualeant?	ibid.
- metu extorta non ualent	93
- an iuramento firmata?	94
- eorum diuisiones ius N. ignorat	96
- non tamen damnat	346
- bellica	315
- - quotuplicia?	316
- - imperantium cum subditis in quantum obligent	236. seq.
- - inter gentes quomodo fiant?	281
Pagus, an a uico differat?	343
- - eorum origo	ibid.
- - eorum officia et iura	144

Dd

Paren-

(GRIBN. I. N.)

## INDEX II.

<b>Parentes, eorum nomine qui ueniant?</b>	<b>122</b>
- - - eorum ius in liberos unde?	124
- - - commune	122
- - - quousque sit extendendum?	126
- - an habeant ius uitae et necis in liberos?	ibid.
- - an habeant ius uendendi liberos	126. seq.
- - an iure dirigendi liberorum actiones gaudeant?	128
- - an ius et dominium habeant in res filiorum?	129. seq.
- - eorum officia erga liberos	130. seq.
<b>Particulares leges quotuplices?</b>	<b>9</b>
<b>Pater an potiorem potestatem in liberos prae matre habeat?</b>	<b>122</b>
<b>Pauperies</b>	<b>361</b>
<b>Percussores immittere in hostes iniquum et indecorum</b>	<b>307</b>
<b>Perfidii, quando interficiendi?</b>	<b>325</b>
<b>Pignus, circa illud quid cautum?</b>	<b>350</b>
<b>Poena, eius definitio</b>	<b>137</b>
<b>Poenae diuinae arbitrariae dantur</b>	<b>7</b>
- - earum determinatio cui iure naturali competat?	173
- - quales constituenda?	392
- - earum causa	174
- - in eis constitutis qualis proportio sit feruanda?	393
- - capitales an omnes tanquam iniustae reiicienda?	394
<b>Polyandria, an contra ius naturae?</b>	<b>116. seq.</b>
<b>Polyarchia</b>	<b>220</b>
<b>Poly-</b>	

R E R V M P R A E C I P V A R V M

Polygamia simultanea num licita?	105. seqq.
- - successiva an contra ius naturae?	117
Populus quid sit?	164
- - Eius iura in conferendo maiestatem	ibid.
- - ubi iura maiestatica exerceat?	188
Praeceptum de Sabbatho non est I. N.	55
Primogenitus quis dicendus?	220
Primogeniturae ius unde oriatur?	220
Princeps, cur ei ius aggratiandi competit?	175
- - an solennia sepulturae subditorum mutare possit?	148
- - nulli subest iudicio	171
- - unde eius potestas definiendi modos acquirendi et amittendi dominii?	179
- - unde ius habeat, determinandi succe- siones	ibid.
- - exigendi tributa	ibid.
- - imponendi uestrigalia	ibid.
- - inuestiendi	ibid.
- - an iuste ad duella prouocet?	294
- - efficere potest, ut actio ante legem iu- sta et licita, accedente legis prohi- bitione illicita et iniusta fiat	343
Principatus in Aristocracia quid sit?	195
Principium Iuris N.	20
- - nullum datur	37
Priuilegia, ea quis dare possit?	169
- - ciuium priuata, unde petenda?	236. seq.
Processus, quid circa eos Iuris N. sit?	389
D d 2	Prodi-

## INDEX II.

Prodigalitas iuri naturae repugnat	150
Promissio	160
Proprietas, eius initia	82. 150. 252.
- - ex pactis particularibus deriuanda	84. sq.
Proteruitas iuri naturae repugnat	150
Puniendus quis sit?	395

## Q.

<b>Q</b> uasi contractus	359
--------------------------	-----

## R.

<b>R</b> atio humana sola primum principium est Iuris Nat.	20. seqq.
Rebelles, num eos interficere liceat?	325
<b>R</b> egnum	
- - - absolutum quid sit?	200
- - - quomodo regatur?	201
- - - despoticum	205
- - - electuum, unde?	213
- - - hereditarium, unde?	213
- - - limitatum, quid et unde sit?	206
- - - - Eius capitulationes et leges funda- mentales	207. seqq.
- - - successuum, unde?	213
- - - an in eo quis pro se et liberis suis iuri et speciei succedendi renun- ciare queat?	225
- - - eius renunciatio, quibus noceat? ib. orta in eo lis, quomodo decidatur?	225
<b>R</b> eligio	

R E R V M P R A E C I P V A R V M.

<b>Religio naturalis quid sit?</b>	47. seqq.
- - utilitati publicae et saluti ciuitatis non repugnat	187
- - eius diuersitas non impedit officia gentium mutua	271
<b>Repressaliae, utrum inter status imperii licet?</b>	295
<b>Res hostiles eo momento, quo occupatae, acquisitae censemuntur</b>	314
<b>Res nullius in Republica non dantur</b>	371
<b>Res proprias perdere nefas est</b>	150
<b>Respublica</b>	
- - ab initio non extitit	62
- - Eius origo	153
- - utrum sine legibus subsistere possit?	
	337
- - Earum conditarum finis	168
- - Earum formae quaenam et unde sint?	
	186
- - Earum forma simplex quid sit?	187
- - mixta, quando fiat?	212
- - - quid sit?	227
- - - an omnis monstrosa et deformis sit?	ibid.
- - Eius nomen an sanctius quam patriae uideatur?	235
- - Eius officium erga ciues	237
<b>Restitutio damni dati ad quem pertineat?</b>	361
<b>Restitutio in integrum Iure N. ignoratur</b>	
	360
<b>Retorsio aliquando innoxia est</b>	368

## S.

<b>S</b> anctio poenalis, eius effectus	391
Sanguinis et carnis esus an licitus?	149
Scorta lue uenerea laborantia in hostes immittere non licet	307
SCtum Macedon. Vellei.	348
Sepulchrum, eius uiolatio, cur grauiori poena coercentur?	148
Sepultura, eius officium cur praestandum?	146
- - in templis an iuri naturali repugnet?	147
- - quibus praestanda?	ibid.
Seruus, num sine eo familia esse possit?	142
- - eius officium erga dominum	139
Seruitus, an contra naturam sit?	63. 135. 342
- - unde et quid?	134
- - non repugnat LL. diuinis aut principiis Christianae religionis	136
- - Eius pactum quomodo contrahatur?	ib.
- - quotuplex detur?	137
Simulatio aduersus hostem licita	309
Societas, eius diuisiones	142
Socius quis esse possit?	358
Sortis iudicio an in causis dubiis Principes se submittere possint?	292
Sponsalia an mutuo consensu solui possint?	112
Sponsio quid sit?	278. seq.
- - eius requisita	ibid.
- - Caudina et Numantina	279
Status	

RERVM PRAECIPVARVM.

Status ciuilis unde?	78. seq.
Status naturalis, quis?	44. 62. 69. 250
- - - Dominii expers fuit	64
Stipulationes cur introductae?	356
Stratagemata non sunt iniusta	308
Subditi ius aliunde, inuito principe, petere non possunt	171
Subditorum officium erga Maiestatem	234. seq.
Successio, quomodo fiat linea primogeniti ex- spirata?	220
- - - ea, quinam gaudeant?	222
- - - ab intestato quid supponat?	383
Superior, quis dicendus?	
Systema plurium ciuitatum quid sit?	230. seq.
- - - a Republica mixta distat	ibid.
- - - ab unione duorum plurimumque imperio- rum differt	232

T.

Theologia naturalis imperfecta est	55
Tormentorum iustitia	396
Traditio, quid sit?	372. seq.
Transitus per terram nostram an negari queat?	268. seq.
Trinitas, eius mysterium, an ex ratione de- monstrari possit?	51
Triumuiratus quid sit?	195
Tyrannis, eius diuisio	239
- - - eius exercitia quaenam sint?	242

Tyran-

## INDEX II. RERVM PRAECIPVARVM.

Tyrannus, quis eius nomine ueniat?	238. seq.
- - eorum definitio, cur difficultis?	242
- - an in Aristocratiis etiam occurrant?	ibid.
- - in quantum ei populus resistere queat?	343. 243

## V.

<b>V</b> aletudo, eius cura	60
Victoria, quale ius uincenti tribuat?	323
<b>V</b> ictum an interimere liceat?	324
- - ei leges praescribere uictor quas possit?	326
<b>V</b> icus, an a pago differat?	143
- - eius origo	ibid.
<b>V</b> indieta, quid circa eam liceat Iure N.	319. seq.
- - an in infinitum extendere eam liceat?	328
<b>V</b> nio duorum pluriumue imperiorum a syste- mate ciuitatum differt	232
<b>V</b> nio duorum pluriumue imperiorum quid sit?	ibid.
- - - quomodo et a quibus fiat?	ibid.
<b>V</b> niversales leges quotuplices?	9
<b>V</b> surae, quo iure permissae?	352. seq.
- - illicitae, quaenam sunt	353

## W.

<b>W</b> ergeldi praestatio an ab infantibus exigi possit?	362
---	-----



Österreichische Nationalbibliothek



174758107





